

C

PETRI AL

SI EX IVDAEO CHRIS-
tologi lectu dignissimi, in quibus im-
morum opiniones evidētissimis cum
tum cœlestis philosophiæ argu-
mentis confutantur, quædamq; prophetarū
obscuriora loca explicantur, nunc pri-
mum typis excusi.

CESSIT LIBELLVS SA-
ctus Rabbi Samuelis, veri Messia
parastasi continens.

Cum indice locupletissimo.

LEGISSE IVVA
BIT.

OLONIAE APVD IOAN.
Symnicum. AN. M. D. XXXVI



PETRI AL

PHVNSI EX IVDAEO CHRIS-
tiani dialogi lectu dignissimi, in quibus im-
piæ Iudæorum opiniones euidentissimis cum
naturalis, tum cælestis philosophiæ argu-
mentis confutantur, quædamq; prophetarū
abstrusiora loca explicantur, nunc pri-
mum typis excusi.

ACCESSIT LIBELLVS SA-
nè doctus Rabbi Samuelis, ueri Messiæ
parastasis continens.

Cum indice locupletissimo.

LEGISSE IVVA
BIT.

COLONIAE APVD IOAN,
Gymnicum. An. M. D. XXXVI

GENEROSO ET ILLVSTRI

Hermanno, Comiti à Nuicnare & Mor
sa Dominog; Bedburio adolescenti
incomparabili, Ioan. Gymni-
cus. S. D. P.

EA EST generose adolescens clarissimeq; Comes, conuictus tui humanitas, suauitas ingenij, literarum copia, modestia morum, super raram tuam illam felicissimamq; indolem, quæq; alia à maioribus tuis accepisti laudatissima, generis claritatem, familiarum decus, ut (quemadmodum apud Xenophontem de Cyro in Pædia eius legimus) quotquot fors uel leuius tuæ conuersationi obtulerit, eos omnes habeas ingenij tui maximè singularis, primè admiratores, deinde etiam cultores. Et præter hos omnes quàm plurimos famam ignotos amicos tibi cumulauit, adeo ut nemo sit ad què uel tenuis aura tuæ eruditionis, comitatus & quidem in hac ætate peruenerit, quin expectationi de te bene precetur, & successibus tacitus faueat. Felicem alij putant cui ob singulare aliquod uel naturæ donum, aut facti gloriam, ab æmulis inuideatur: feliciorè eum ego existimo qui hanc famam sine inuidia alere potest. Quis enim non & quidem impensissimè faueat his, qui familiarum decus eruditione, probitate, non pompa, non fastu, non terrifico & barbaro satellitio defendendum iudicet. Fecit hæc res doctiss. iuuenis inter reliquos, apud quos magna relicta est tui expectatio, magnus etiam fauor, nos quoq; qui te & miremur & ueremur, institutoq; tuo ex animo gratulemur. Perdit aliquando non nihil existimationis de se nobilitas, si cum hac (ut aliquando solet) morum & ingenij barbaries, luxus, fastus, ferocia, impietas, hominum diuorumq; contemptus, societatem inierint: à quibus ut longissime abesse studes, ita nominis tui claritas sine inuidia, sine odio, apud probatissimos quosq; laudem inueniet. Qua in re cum tibi ornatissime Comes, seriaz nostræ gratulationis fidem facere iudeo, Dialogum hunc Petri Alphonsi ex Iudæo Christiana-

EPISTOLA.

Christiani (quem commodum superioribus mēsis amicus noster Damianus Ascendensis uir sacrarum literarum & doctæ uetustatis studiosissimus prælo nostro imprimendum tradidit) tibi inscribere uolui, tuo uide licet studio non male congruentem, quod à puero non (ut uulgo studiosorum ferè solet) prophana sectaris, sed simulatq; à puerilibus disciplinis licuit, sacra sic ediscere, sic amare corperis, ut non minus pius quàm literatus uideare. Placebit scio argumentum, quando præcipua quæq; quibus uel Iudæi, uel Blasphemi, uel Heretici caninis dētibus Christianorum dogmata lacerarūt, luculentissime euertit. Tum uel hoc nomine potissimè quod uir clarissimus Hermannus Comes à Nuicnare Ecclesiæ Metropolitanæ apud Agrippinenses præpositus patruus tuus & ipse doctissimus & doctissimorum quorumq; libris merito celebratus, magna diligentia ab iniuria uerustatis quàm plurimos & egregios codices uindicaui, quorum eundem hunc Dialogum eius studio acceptum referre oportet, quem ipse primus diligenter cõquisitum tandemq; inuentum Coloniam è Bibliotheca Corbeness attulit: huius enim conatum in bonis studiis ad tui nominis laudem non parum facere arbitramur. Accedit probationum ex cognitione rerum celestium, & naturalium, ueterum historiarum, legisq; Mosaicæ uis, uarietas, delectatio: ut (quod mirum est) lectorem & retineat & delectet, sine sermonis magno studio: cuius & illa græta incuriosa fuit. Et Iudæi, quod etiam apud Iosephum legimus, non cõtenti modo patrum suorum linguam tantū colere, alijsq; antepone: sed & externi sermonis (sic enim illi appellant non suum) magna suorum inuidia studiosos sequitur. Proinde generosissime Comes si sermonis filium tuo exquisitissimo iudicio non faciat satis, cogitare debebis pro affectu, nõ pro tua dignitate nos te coluisse. Vale nobilitatis & literarum decus, Comes optime. Coloniae ex nostra Typographia, An. 1736.

INDEX

SECUNDVM SERIEM LI-
terarum, quo, quicquid in margi-
nibus adnotatum est, mon-
stratur.

A

Abraha quare deus precepit exire, & stellas numera- re.	275.
Acionum tres radices.	56.
Accusatus, uerberatus Christus quare contumit.	233.
Adam quomodo creatus.	246.
Adam qua die uel hora in paradiso peccauit.	294.
Adam secundum quam imaginem dicitur creatus.	196.
Adae peccatum duplici morte punitur.	250.
Aduentus Christi duplex.	340.
Agnus paschalis Christum figurabat.	298. & 300.
Altare erexerunt Rubenitae.	318.
Amiramus pater Moyse.	4.
Anima Christi dignissima.	199.
Animae descriptio.	114.
Animae rationalis officia.	116.
Animae opera, sine ratione uitiosa sunt.	48.
Animus perturbatus, discretionis oculo caret.	3.
Apostoli montes dicuntur.	98.
Apostoli quid pro Christo passi sint.	284.
Apostoli legem Christi gentes docuerunt.	218.
Apostolorum praedicatio quae fuerit.	285.
Apostoli sagittae dicuntur.	370.
Apostoli pueri uocantur.	366.
Aquae utilitas.	225.
Aqua in sacrificio ponitur.	374.
Assiha magus.	264.
Ascendere non semper prohibet corporis moles.	273.

B

Baptismus

INDEX.

Baptismus peccata abluit	233.
Baptizant Iudaei & circumcidunt, legem Moyse acce- prantes.	291.
Benedicendi populū modus pulcherrime describitur.	180.
Bonitate sua, deus homo factus est.	192. & 257.
C	
Carnes quare aliquae immundae.	308.
Captiuitatis Iudaeorum tam diuturnae causa quam fuerit.	75. 86.
Caelum nulli patuit ante Christi mortem.	233.
Caelos quomodo Christus ascendit.	274.
Circuncisio quare data.	288. & 289.
Circuncisionis utilitas.	285.
Circuncidi quare uoluit Christus.	290.
Creator principio & fine caret.	49.
Creator uidetur in creatis.	41.
Christus de stirpe David uenire debuit.	202.
Christus est corpus, anima deus.	198.
Christus Moyse similis.	214.
Christus ex qua tribu nasci debuit.	289.
Christus in cruce uere mortuus.	165.
Christus singularis & excellentissimus propheta.	215.
Corporis corruptio fit tribus modis.	115.
Crucis imago quomodo colenda.	317.
Cultorum stellae Veneris ceremoniae.	156.
D	
Danielis septuaginta hebdomades.	210. & 339.
Daemonis habitatio ubi sit.	245. & 303.
Deus intuetur cor.	198.
Deum esse an probari possit.	40.
Deus nullius creaturae similitudinem habet.	51.
Deus quomodo uisibilis apparuit.	200.
Deus non mouetur.	50.
Discrimen peccatorum.	80.
Diuites huius mundi.	234.
Diuinitas a corpore, aut anima Christi, in morte non recessit.	270.
Doloribus Christo satur fuit.	235.
Domus nouissimae gloria quae sit.	243.
Dominica dies Christianorum sabbatum.	294.

2 3 Eccle

I N D E X.

E	
Ecclesia super petram ædificata.	204.
Ecclesia cerua dicitur.	381.
Ecclesiæ fides, solis splendore significatur.	240.
Elementorum origo.	58.
Expiationis festum.	305.
F	
Forunditatē uirginis Mariæ Esaias prædixit.	183.
Fidem accipere nemo cogi debet.	160.
Fides Iudæorum de resurrectione futura.	127.
Fides in Christum libertatem donat.	73.
Filius, non pater nec spūs sanctus carnē assumpsit.	194.
Fimbriæ in palliis Iudæorum, quales fuerint.	179.
Firminus magus.	263.
Fontium origo.	225.
Formæ duplici sunt differentia.	45.
G	
Camaliel legis doctor.	304.
Gens Iudæorum tota, & oīa eorum polluta sunt.	142.
Gloria domus nouissimæ quæ sit.	243.
Gradatim, an omnia facta sint.	57.
H	
Helias & Enoch adhuc uiuunt, sed in fine mundi morientur.	271. & 352.
Homo sexto die creatus.	61.
Homo post omnia creatus est.	59.
Homo quare dicatur minor mundus.	61.
Homo quomodo mortalis factus.	249.
Homo quomodo in dæmonis potestatē deuenit.	246.
Homines aliqui, bestiarū natura deliniuntur.	239.
Hominis filius quare Christus dicatur.	282.
I	
Iacobitæ hæretici qui sint.	151.
Ieiunium Sarracenorum.	145.
Ieiunium ad quid utile.	306.
Imago dei in homine quæ sit.	194.
Imagines sanctorum quomodo honorandæ.	317.
Imagines Iudæis quare prohibitæ.	37.
Inæternum quomodo intelligatur.	311.
Infernus	

I N D E X.

Infernus quare patres tam diu detinuit.	257
Inuidia Iudæi Christum occiderunt.	266
Inuenitur dominus, quando & quomodo.	221
Iob non fuit circumcisus.	287
Iochobel mater Apisi.	4
Ioannes bap. Christi præcurfor.	95
Ira passio in deum non cadit.	27
Ira dei in Iudæos quando maxima fuerit.	321
Ira pulcherrima descriptio.	27. 251
Israel sæpe pro Iudæa ponitur.	101
Iudæi deum in loco esse contendunt.	26
Iudæi deum plorare dicunt.	28
Iudæi post resurrectionem, uxores suas concepturas & parituras credunt.	127
Iudæi desperant de misericordia dei.	222
Iudæorum & philosophorum de aīa hoīs opinio.	49
Iudæorum fatuitas pulchre describitur.	68. 28
Iudæi deum cotidie semel irasci somniant.	27
Iudæorum exilium Esaias describit.	96
Iudaicam gentem quare deus non delcuit.	90
Iudæorum ultima captiuitas quæ diu durabit.	83. 338
Iudæorum plaga in ultima captiuitate.	82
Iudæi Christianorum serui.	90
Iudæi triginta, pro uno argenteo uendebantur.	81
Iudex mundi Christus.	281
Iudicium extremum horribile.	349
Iudæorum errores.	6
Iudæi deum tantum in occidente esse asserunt.	3
Iudæi à legis intellectu alieni.	5
Iudæi literæ superficiem attendunt.	5
Iudæi scripturas sacras nobiscum legunt.	31
Iudæi occidendo Christum quare peccarint.	260
Iudæorum de deo stulta opinio.	30. 5
Iuramentum Christianorum: Iudæus sim ego, si faciam & cætera.	99
Iustus quæ uenditus est argēto Christus dicitur.	100. 335
L	
Lachrymæ unde proueniunt.	28
Lepram Christus uerbo curauit.	263
	4 Les

I N D E X.

Lex uetus noua perficitur.	5
Legem Iudæi iam non obseruant.	134
Lex de Syon exiit, & uerbum de Hierusalem, pulchre exponitur.	314
Legalibus multis Iudæi iam carent.	332
Legē nouā à Christo dandā Esaias prædixit.	312
Limbus patrum ex scripturis ostenditur.	252
Linamenta corporea deus nō hēt, ut Iudæi autumāt.	36
Locus quare sanctus dicitur in quo Moyses stabat cum deo loquens.	275
Locus sospitatem hominis conseruat.	28
M	
Mahomethi ortus & pessima uita.	150
Mahomethi libido.	154. 162
Mahomethi deceptio & mendacia.	164
Maior seruiet minori, pulchre exponitur.	379
Mecha idolis plena.	157
Mel & butyrum quid significant.	186
Messias deus & homo.	196
Miserijs & laboribus Christus infirmus dictus est.	231
Moyses nihil de paradisi beatitudine promisit.	254
Moyses & propheta peccauerunt.	346
Mors Christi transitus quidam fuit.	218
Mortis debitor Christus non erat.	270
Morti homo proximior perspicaciori mentis acumine recordatur.	114
Mortuos magi uere suscitare non possunt.	264
Mundi creator deus.	46
Mundum denuo inhabitare post resurrectionem Iudæi sperant.	107
Mundū ab æterno fuisse quidā philosophi blaterant.	56
Mulieres quare non circumciduntur.	288
Mulieres & patres in ueteri lege quō seruati.	290
N	
Nestoriani & Iacobitæ.	291
Nocte quare Christus captus est.	301
Nominis Tetragrammaton maxima mysteria.	179. 177
O	
Officia filij dei in mundo exhibenda.	224

Opera

I N D E X.

Opera Christi mira & stupenda.	230
Orationes Iudæorum deus non exaudit.	142
Orant Iudæi ter in die, Christiani uero septies.	156
Orationis tpe in Mecha quis Turcarum uestitus.	145
Ouis uel capra, non uacca ad phasē requirebatur.	300
P	
Phasē ceremoniæ	297. 298
Phasē Iudæi rite celebrare nequeunt.	304
Pax & quies sapientiam præstant.	267
Peccatoris fragilitas pulchre describitur.	217
Peccata patrum Iudæi imitantur.	85
Peccatum aliqñ sacrificium pro peccato dicitur.	234
Peccata quatuor, quibus Iudæi deum negauerunt.	104
Principia rerum quæ sint.	48
prodigia deaustationis Hierusalem.	36
Promissionem Dauidi factam de semine suo aliò quàm de Christo, comitatur conditio.	278. 203. & 205
Propheta nomen quibus conueniat.	216
Prophetarum libri quomodo legendi.	35
Prophetarum dicta, Iudæis uelata sunt.	34. 120
Prophetarum obscura dicta quō exponenda.	121
Propheta ueri indicia quæ sint.	154
Propheta non omnes miracula fecerunt.	152
Prophetarum uerba qualia fuerunt.	188
Propheta quædam de humanitate Christi, quædam de eius diuinitate dixerunt.	202
Propheta Christum uenisse ostendunt.	208. 209
Propheta de re futura tanq̄ præterita sæpe locuti sunt.	196
Psalterium & cythara quid designent.	280
Q	
Qua dragesimale ieiunium ab apostolis institutum.	306
R	
Rabbini Iudæorum admodum stulta docent.	63
Ratio deprecatur ad optima.	48
Redemptor humani generis, à peccato totaliter alienus & mundus esse debuit.	259
Regiū sceptrum à Iuda quando ablatum.	208
Redemit deus hoīem nō potētia, sed passiōis morte.	157
Resurrectio quā Iudæi futurā credūt qualis erit.	130
a 5 Re	

Resurrectionis Christi utilitas.	294
Resurrectionem suam quare Christus accelerauit.	270
Ridiculosum Iudæorum figmentum.	64

S

Sabbatum quare institutum.	293
Sabbatū Iudæorū in Christi passione est completū.	293
Sabbatū quare Christus obseruarit.	296
Sacerdos summus unus erat in lege & templū unū.	124
Sacrificia Iudæorum deus execratur.	138
Sacrificium nouæ legis Christus.	307
Sacrificium gentium.	376
Sacrificium Melchisedech, Aaron, & Christi.	369
Samuel an uere regi Sauli apparuerit.	256
Sanguis agni super utroq; postem limitus quid adumbrat.	300

Sapientia in diuinis filius dicitur, uoluntas uero spiritus sanctus.	169
Sarraceni quinquies in die orant.	144
Sarraceni quot uxores habere possint.	146
Sarracenorum ceremoniæ.	144
Scintillæ de stellis cadentes quid sint.	29
Scriptura nec uerbum frustra ponit.	277
Sex dierum operatio, non arguit dei impotentiam.	62
Solis splendor septemplex maior erit, quomodo intelligatur.	239
Spiritus & animæ differentia.	112

T

Tempus aduentus Christi in carnē impletū est.	208
Terra rotunditatem sphericam habet.	21
Terræ aliqua pars quare inhabitabilis dicitur.	24
Thronus Christi firmissimus in perpetuum.	204
Trinitas in diuinis Iudæorum simbrijs designatur.	179
Trinitatem personarum docuit Christus.	177
Turcarum ritus pessimi, ac naturæ repugnantes.	147

V

Venditio iusti Iesu, quartum peccatum Iudæorum grauiussum.	334
Verba domini melli & lacti comparantur.	187

INCIPIT

DIALOGVS PETRI COGNOMENTO ALPHVNSI EX IVDÆO CHRISTIANI ET MOYSI IVDÆI.

PRAEFATIO.



VNI ET AETERNO Ioan. 7
 primo, qui caret principio,
 & qui caret termino, omni
 potenti, rerum omnium
 creatori, omnia scienti, omnia
 quæ uult facienti, qui Heb. 4
 hominem ratione & sapientia præditum, Psal. 113
 omni præposuit animali, quibus duabus uir Psal. 8
 tutibus, & quæ iusta sunt intelligens appetere,
 & quæ saluti contraria sunt effugaret, honor
 & gloria, sitq; mirabile nomen eius benedictum
 in secula seculorum. Amen.

Dixit sequentis operis compositor. Omnipotens suo nos spiritu inspirauit,
 & ad uitæ rectæ semitam direxit, tenuē prius
 oculorum albuginem, & post graue corru-
 a 3 pti

PRAEFATIO.

pti animi uelamentum remouens. Tunc nobis prophetiarum claustra patuerunt, & earum archana reuelata sunt, & admouimus animum ad percipiendum uerum earum intellectum, morati que sumus super ipsum explanandum. Vnde perpendimus & quod in eis intelligendum, & quod inde est. credendum, uidelicet quod unus sit deus, in personarum trinitate, quæ nec ullo se præcedunt tempore, nec aliqua à se segregantur diuisione, quas Christiani patrem, & filium, & spiritum sanctum nominant, & quod beata Maria de spiritu sancto concipiens, sine uirili commixtione Christum peperit, corpus generans animatum, quod incomprehensibilis deitatis esset habitaculum. Vnus itaque Christus tribus perfectus substantijs, corpore scilicet, anima, & deitate, idem & deus & homo est, & quod eum Iudæi crucifixerunt, sua dispositione & uoluntate, ut sicut erat creator fieret & redemptor totius sanctæ ecclesiæ fidelium scilicet præcedentium & sequentium mortuusq; corpore & sepultus & tertia die resurrexit à mortuis, ascēdit etiā in cælum, & ibi simul est cum patre, uenturus in die iudicij, iudicare uiuos & mortuos,

ficut

Ephe. 4

Isaia 53.

Acto. 1

PRAEFATIO.

sicut propheta locuti sunt & futurum prædixerunt. Cum itaq; diuinæ miserationis instinctu, ad tam excelsum huius fidei gradum peruenissem, exui pallium falsitatis, & nudatus sum tunica iniquitatis, & baptizatus in sede Osensis ciuitatis, in nomine patris & filij & spiritus sancti, purificatus manibus Stephani gloriosi & legitimi eiusdem ciuitatis episcopi. Hora etiam baptismatis, præter ea quæ præmissa sunt, credidi beatos apostolos, & sanctam ecclesiam catholicam. Hoc autem factum est anno à natiuitate domini, M. C. VI. ætatis meæ anno quadragesimo quarto, mēse Iulio, die natalis apostolorum Petri & Pauli. Vnde mihi ob uenerationem & memoriam eiusdem apostoli, nomen quod est Petrus imposui. Fuit autē pater meus spiritalis ALFVNSVS, gloriosus Hispaniæ imperator, qui me de sacro fonte suscepit, quare nomen eius præfato nomini meo apponens, Petrus Alfonsi mihi nomen imposui. Cumq; notum esset Iudæis qui me antea nouerant, & probauerant peritum in libris prophetarum, & dictis doctorum, partem etiā non magnam habere omnium liberalium artium, quod legem & fidem accepissem Chri-

stiano-

Matt. 28.
Mar. 16

PRAEFATIO.

stianorum, & unus essem eorum, quidam eorū arbitrati sunt me hoc non fecisse, nisi quia adeo omnem abieceram uerecūdiam, quod & deum & legem contempseram. Alij uero propterea me fecisse dicebant, quod non ut decuerat prophetarum & legis uerba intellexissem. Alij autem uanæ gloriæ imputabant, & me hoc fecisse calumniabantur ob honorem seculi, eo quod Christianorum gentem cæteris omnibus superesse conspicerē. Hunc igitur libellum cōposui, ut omnes & meam cognoscant intentionem, & audiant rationē in quo omnium aliarum gentium credulitatis destructionem præposui, post hæc Christianam legem omnibus præstantiorem esse conclusi. Ad ultimum etiā omnes cuiuslibet Christianæ legis aduersarij obiectiones posui, positasq; pro meo sapere cum ratione & auctoritate destruxi. Librum autem totum distinxī per dialogum, ut lectoris animus promptior fiat ad intelligendum. In rutādīs etiā Christianorum rationibus, nomen quod modo Christianus habeo posui, in rationibus uero aduersarij confutandis, nomē quod ante baptismum habueram, id est, Moysen. Librum etiā in titulos duodecim diuisi, ut quod

PRAEFATIO.

quod lector quisque desiderat, citius in illis inueniat.

Primus titulus ostendit, quod Iudæi uerba prophetarum carnaliter intelligunt, & ea falso exponunt.

Secundus, de cognoscenda præsentis Iudæorum captiuitatis causa tractat & quā diu durare debeat.

Tertius, de stulta Iudæorum confutanda credulitate super mortuorum suorum resurrectione, quos credunt & resurrecturos esse, & iterum terram incolere.

Quartus, ad ostendendum Iudæos de tota lege Moyfi nihil nisi parum obseruare, & illud parum deo non placere.

Quintus, de Sarracenorum lege destruenda, & sententiarū suarū stultitia cōfutanda.

Sextus, de trinitate.

Septimus, quomodo uirgo Maria spiritu sancto concipiens, sine uiri commixtione pepererit.

Octauus, quomodo in corpore Christi incarnatum est uerbū dei, & fuit Christus homo simul & deus.

Nonus, quod in eo tempore Christus uenit, quo eum uenturum fore à prophetis prædictum

PRAEFATIO.

dictum fuit, & quod quaecumque de eo praedica-
uerunt, in ipso & eius operibus patuerunt.

Decimus, quod uoluntate spontanea, à Iu-
daeis crucifixus est Christus, & occisus.

Vndecimus, de resurrectione & ascensu
Christi in caelum, & aduentu secundo.

Duodecimus, quod lex Christianorum le-
gi Moysi non est contraria.

OBSECRO autem eos qui hoc opu-
sculum lecturi sunt, ut si uel minus continens
uel superfluum quid dictum inuenierint, ue-
niali parcant errori, quoniam nullus homo
caret omni uicio.

INCIPIT DIALOGVS PETRI, COGNO-

mento Alfonsi ex Iudæo Christiani,
& Moysi Iudæi.

P E T R V S.



TENERA igitur pue-
ritiae aetate quidam mihi
perfectissimus adhaerens
amicus, nomine Moyses,
qui à primæua ætate meus
consocius fuerat, & condiscipulus. Ad hunc
cum peruenisset sermo, quod ego paterna le-
ge relicta Christianam delegissem fidem, reli-
cto suæ stationis loco, ad me festinus per-
uenit, in ipso aduentu quendam uultum fe-
rens hominis indignantis, & increpans sa-
lutauit me more non amici, sed quasi alieni,
& sic exorsus est. Vah Petre Al. multum per-
transiuit temporis, ex quo ad te uenire, te ui-
dere, tecum loqui & commorari sollicitus
fui, sed meus affectus caruit effectu usque mo-
do cum te læto dei gratia uideo uultu. Nunc
tuam mihi quæso patefacias intentionem &

A per

per quam uel antiquam deserueris uel nouam legem delegeris pandas rationē. Noui enim bene olim te ualere in scriptis prophetarū, & uerbis nostrorum doctorum à pueritia quoque super omnes coæquæuos tuos legis relatore fuisse, & si quis aduersarius esset, te illi defensionis clypeū opposuisse: Iudæis in synagogis ne à sua unquam fide recederent prædicasse, confocios docuisse doctos in maius prouexisse. Ecce autē nescio quo pacto uideo commutatum & à semita rectitudinis alienatum, quod ut meo uidetur animo, errore existimo factum. Cui ego. Plebeiorū & imperitorum mos est hominū, ut si quæ quicquam contra suam agere uiderint consuetudinem, licet id rectum & iustissimum permaneat, illorum tamen estimatione atque iudicio, iniustitiæ & nomen & culpā subeat. Tu uero in philosophiæ cunis enutritus, philosophiæ uberibus lactatus, qua fronte me potes inculpare, donec ea quæ fecerim iusta an iniusta ualeas probare? MOYSES. Quoniam duo contraria meo occurrunt animo, unum, quia existimo te prudentem uirum non potuisse recedere ab ea quam tenebas lege, nisi hanc quoniam suscepisti ueraciter cogno-

gnouisses meliorem, alterum quia legem quam teneo ego, & tu reliquisti, pro meliori habeo, ideo & quod tu fecisti errorē existimo, & cui potius parti acquiescam ignoro. Quamobrem peto à te, ut huius dubitationis scrupulum ab animo meo depellas, & uterque in alternæ rationis cāpo discurremus, donec ad huius rei indaginem perueniam, & an iustum sit factum tuum, an iniustum cognoscere ualeam. Pe. Natura habet hoc humana, ut animo quoquo pacto conturbato, in uero falsoque discernendo discretionis careat oculo. Nunc itaque nisi omnem à peccato re tuo perturbationem dimoueris, ut more sapientum & quæ iusta sunt collaudemus, et quæ iniusta sine contentione rejiciamus, nostro operi finē nullatenus imposituri, in uacuum uerba iactabimus. Moy. Pactionem istam libens suscipio, & ut tu eandem in te suscipias rogo. Pe. Ego certe lætus consentio. Mo. Hoc etiam si placet imploro. Quod si aliquam de scripturis auctoritatem attuleris, secundum ueritatem Hebraicam hoc facere uelis. Quod si aliter facias, me non recepturum esse agnoscas. Sed & si ego aliquam iuxta quod apud nos est tibi adducam, & ut

Animus
turbatus
discretio
nis oculi
caret.

4 DIALO. PE. AL.

eam uolo recipias, & quod uerum agnoueris nullatenus contradicas. Pe. Et hoc ego certe non abnego, tuo namque ipsius gladio occidere te multum cupio. Mo. Præterea si quod interciderit aliquando, quod à legum alienum uideatur pro profito, non te pigeat quæso, sed de cæteris artibus cum oportunus exigerit locus, interroganti respondere studeto, concedasque uolo, ut mutua ratione mihi aliquando interrogare, aliquando liceat respondere, aliquando etiam aduersari prout sermo dederit mihi. Pe. Concedo. Iam interrogare tibi liceat de quacunque re uis sapere, & quauis intentione. Mo. Concedis tu Moysen filium Amram uerum prophetam Israëliti populi & uere à deo missum fuisse: & quicquid ex dei nomine prophetauerit, fideliter enunciasse & dixisse? Pe. Concedo utique. Mo. Concedis quoque omnes post Moysen prophetas pro eius lege confirmanda uenisse: non in aliquo redargueda? Pe. Et hoc etiam concedo. Mo. Nec negas legem quam in presenti Iudæi tenent & à Moysè scriptam asseuerant eandem per omnia sicut Moyses eam scripsit permanere? Pe. Quomodo quæso negare poterò, præcipue cum eadem lex eisdem Moysè

Ammiramis pater & Iochober mater Moysi. Io. Iosephus. 2. li. antiqui. ca. 9. Exo. 3.

TITVL. I. 5

Moysi uerbis à nostris olim quibus fidem adhibemus doctoribus translata, & apud nos scripta habeatur, præter in quibusdam locis, ubi licet mutantur uerba, eadem est tamen sententia. Mo. Quomodo igitur te uideo eam esse transgressam, & ab ipsius semitis deuiam? Pe. Non est ita, sed nunc completam eius pro ut debeo fidem conseruo, & per rectissimas eius semitas recto gressu procedo. Mo. Ex uerbis tuis dat intelligi, ex legis & prophetarum uerbis te rectum sensum concipere, Iudæos autem eiusdem legis cultores, ab eius recta intentione alienos existere, unde & tuo iudicio male uidentur intelligere. Pe. Bene uerborum meorum sensum penetraisti. Mo. Fac igitur me cognoscere, in quo tibi uidentur Iudæos errasse in legis explanatione, te uero melius intelligere. Pe. Quomodo uideo eos solam legis superficiem attendere, & literam non spiritualiter sed carnaliter exponere, unde maximo decepti sunt errore. Mo. Quid his uerbis significes non satis perpendo, unde ut apertius loquaris exoro. Pe. Non reminisceris doctorum uestrorum, qui uestram doctrinam cui lex uestra tota secundum uos annititur, scripserunt, quomodo af

Lex uetus noua perficitur.

Iudæi à legis intellectu alieni.

Iudæi literæ superficiem attendunt.

seuerant deum corpus & formam habere:
 & eius ineffabili maiestati talia applicant,
 quæ nec ulla constant ratione? Quin & de
 eo tales protulere sententias, quæ non aliud
 nisi uerba uidentur iocârium in scholis pue-
 rorum, uel nentium in plateis mulierum. Ire-
 rum secundum uestri intellectus capacitâ-
 legem explanantes, uos captiuitatem spera-
 tis euasuros eo modo, quo fieri nequit. Item
 in captiuitatis euasione speratis uos adeo in-
 usitatum fieri miraculum, ut uestros suscitet
 mortuos, qui terras denuo ut prius incipiât
 inhabitare. Item uos in captiuitate existen-
 tes, de omnibus legis præceptis, etiam secun-
 dum uestram explanationem, nihil nisi mi-
 nimum quid contueor agere. Id ipsum autê
 quod agitis deo placere & acceptabile credi-
 tis, de eo quod prætermittitis, eum nequa-
 quam uos culpaturum confiditis, omniaq;
 compleste uobis uidemini, quod euidenter
 obtinet maximum locum erroris. Sunt em̄
 alij per plures errores, in quos uos coniece-
 runt non sanę legis explanationes. Mo. Ni-
 mis profunde in nostram inueheris infamiam,
 & uis opprimere gentem Iudaicam. Et uerba
 quidem sunt pauca & leuia, sed est
 in eis

Iudzorū
 errores.

In eis multa & grauis sententia. Et si sub uno
 totam uelimus concludere rationem iudi-
 cio, multaq; sub uno comprehendere titulo,
 cum singula elucidare debeamus, omnibus
 indiscrete commixtis, obscuritatem inferi-
 mus. Vnde si bonum tibi uideretur, singulis ra-
 tionis sententijs singulos adscribamus titu-
 los, ut unoquoq; alterna sermonis ratione
 discussio, ad alium ordinatim accedamus, ut
 sic operi nostro congruum terminum im-
 ponamus. Pe. Quod à te bene dictū est per-
 ficiatur, & quod digne cōsulis compleatur.
 Singulis itaq; sententijs titulis suis apposi-
 tis, de quo prius uolueris quære, quoniam
 paratus sum respondere.

PRIMVS TI TVLVS OSTENDIT QVOD

Iudzi uerba prophetarum carnali-
 ter intelligunt & ea falsò
 exponunt.

M O Y S E S.

A 4 PRI



RIMVM sic institua-
mus titulum, qui cōtineat
rationes, quibus in nos &
in nostros inueheris do-
ctores, qđ deo scilicet cor-
pus & formā ascribimus,
& eius naturæ talia annotamus, quæ ratio-
nis ueritas abhorret. Hanc igitur rem dilige-
ter discutiamus, donec ad eius indaginem
ratione & argumento perueniamus. Pe. Di-
ctum collaudo. Mo. In primis itaq; mihi uo-
lo ostendas, ubi doctores nostri deum cor-
pus & formam habere dixerunt, & quomo-
do super hac re locuti fuerunt. Pe. Si nosse cu-
pis ubi scriptum sit, in prima parte uestre do-
ctrinæ, cuius uocabulum est benedictiones.
Si igitur uis scire quomodo dixerunt deum
habere caput & brachia, & in cesarie pixidē
gestare ligatam corrigia, ipsiusq; corrigiæ
nodum à postera capitis parte sub cerebro
firmatum, intra pixidem uero quatuor esse
carrulas, Iudæorum laudes continentem, in
summo autem sinistri brachij gestare aliam
pixidem, simili modo corrigia ligatam, car-
tamq; ibi esse continentem omnes laudes,
quæ in prædictis quatuor scriptæ dicuntur,
Con-

Iudæorū
de deo siu-
ra opinio.

Concedis hæc omnia in eo quem dixi loco
hoc modo scripta haberi: Mo. Negare quod
est euidenter nequeo. Pe. Quam super hac re
quæso habent auctoritatem: Mo. De pixide
quam gestat in cesarie, & de nodo corrigiæ,
auctoritatem sibi attrahunt, ab eo loco ubi
dominus ait ad Moysem. Videbis posteriora ^{Exod. 33}
mea, facies enim mea non uidebitur. Tunc
enim Moyses nodum corrigiæ uidit. Nodū
autem ipsum, alicuius pixidis esse necessariū
est. De ea autem quam gestat in brachio, au-
ctoritatem profertur ab Esaia dicente: Iura ^{Esa. 62}
uir dominus in dextera sua, & in brachio for-
titudinis suæ, per brachium enim fortitudi-
nis, uult intelligi sinistram, in qua illa pixidis
uirtus continetur. Pe. Ad memoriam me re-
duxisti. Reminiscor enim me iam hunc per-
legisse locum, sed auctoritas hæc nullum tibi
confert patrocinium. Cum enim lex per-
hibeat deum Moyse dixisse: posteriora mea
uidebis, & quoniam deum mentiri non pos-
se constat, ita postea factum licet scriptura
tacente non dubitemus, nusquam tamen lex
meminit quod Moyses in eius posterioribus
aliquid uiderit. Qualiter igitur eum corri-
giæ nodum, quod sine risu uix dici potest ui-

A 5 disse

didisse dicitis? Item cū per posteriora non solum ceruix, sed etiā quælibet corporis pars conuenientius intelligi possit, hoc quod uos ceruicem eum uidisse asseritis, non ratione, uel legis auctoritate, sed sola probatis uoluntate. Mo. Nostri doctores per posteriora ceruicem debere intelligi dicunt. Pe. Secundum uestræ stultæ explanationis seriem, quæ & scripturæ & rationis iuuamine caret, progredi libet. Nam ut deum ceruicem, quod sapienti nefas & uidetur, & est, habere concedam, potuit tamen fieri, ut Moyses nihil in eo præter ceruicem uiderit. Aut si quid aliud eum uidisse fingamus, potuit uidere pileum siue corrigiæ nodū illius scilicet coronæ, quā uos dicitis angelum noīe Mitatron, singulis diebus capiti dei imponere. Mo. Doctores utiq; nostri, illud quod uidit corrigiæ, nodū cōtendūt fuisse: ideoq; deū Moyfi ceruicē astruunt ostendisse, ut illum uideret nodū corrigiæ. Pe. Ita esse ut asseris ad tui destructionem concedamus. Nam ut Moysen illum coronæ nodum uidisse mentiamur, cū eius faciem nullatenus uiderit, unde deum pixidem in anteriori capitis parte gestare probauit? Mo. Quō Moyses nodatam corrigiā uidit,

pixi-

pixidē quæ illa ligaretur in capite dei fuisse doctores intellexerunt. Pe. Non omnino sanus est hic intellectus, ut deū aliquid gestare dicam, potuit tamē illa corrigia ligari cymbalum, aut tintinnabulum aliqd, aut gēma quæuis preciosa, aut aliquid huiusmodi. Veruntamen ut omnia tibi fatuitatis tollam responsa hoc ut uis & dicis esse cōcedam. Sed hoc concesso, unde quæso Moyses intelligere cartas potuit intus cōtineri, ne dum scisse eum dicas quid in eis scriptū haberetur? Sed & quod super hæc omnia admiratione dignissimum est, quod in illa carta ut creditis nihil aliud scriptum est, nisi uersus quos Moyses longe post moriens Israeliticum populum docendo ex semetipso eum laudans edidit, & post multa annorum curricula, Salomon deum adorans composuit de eorum laude: nulla est ratio quare in dei capite scriptū esse debeat credi. Mo. Quod oculis carnis Moyses non uidit ex sancti spiritus reuelatione cognouit. De cartarū autē scripturis nulla fateor ē mihi ratio. Pe. Gloria deo, iam paulisper stultitiæ cares responso. Itē si concedamus Moysen horū quædā uidisse, quæ dā scō reuelante spū cognouisse, cū nec ipse

Moy

Moyſes uſquam ſcriptum reliquerit, nec uſus poſt eum propheta prodidit, unde ueſtris doctoribus tam ſecretæ rei archanum patuit: Mo. Per ueterum ſucceſſores, ad noſtrorum tandem doctorum peruenit noticiam. Pe. Cum ad tam irrationibilis concluſionis diffugium ueſtrum deuiet argumentū per antiquorum ſucceſſiones omne tibi licet firmare mendacium. Eſt tamen ualde indigne ferendum, quia ueſtris doctoribus apponitis, quod ipſi forſitan nolunt, cum ipſi hoc ſe non à ueterum relatione per Moyſen habuiſſe teſtentur, ſed ipſi in uerſuum explanatione talia commententur. Mo. Reſpondi non ratione recti, ſed occasione diffugi. Pe. Veritatem itaque tenentes uanitatē uite-
mus, quoniam in rationis exordio ſic uterq; ſtatuiſmus. Mo. Dignum iudico. Pe. Dic que ſo noſtri quanta iſta narratio uilificetur ratione, præter hoc etiam quod iam dudum nulla conſtat auctoritate: Mo. Video quidē in utroq; auctoritatis deſtructionem. Nunc autem à te exigo, ut id oſtendas per naturæ rationem. Pe. Vos deum caput, brachia & totam corporis formam habere contenditis, Quod ſi hoc eſt, igitur deum longitudi-
nis &

nis & altitudinis dimensionibus conſtare neceſſe eſt fateamini. Si uero his tribus dimensionibus clauditur, ſex nempe corporis partibus terminatur, quod eſt inconueniens, ut ſuo oſtendetur in loco. De corrigia autem quam eum in capite habere dicitis, duo tibi propono. Tua eſt corrigia, aut eſt de ipſo, aut aliunde. Si de ipſo eſt, iam deus à ſe diuiſus eſt: ſi uero aliunde eſt, aut creator aut creatura eſt. Si creator eſt, ergo duo ſunt creatores, ſi creatura eſt, iam quædam creatura maior eſt, quædam parte creatoris, quod inconueniens eſt. Item quero: hoc quod in capite uel brachio geſtat, utrū neceſſitate aliqua, an ſine neceſſitate illud geſtet. Si neceſſitate geſtat, iā creator indiget creatura, quod aliud eſt inconueniens. Nunc itaq; aperte potes cognoscere: qđ tibi oſtēdi ea qua poſtulabas ratione: ſcilicet quod de corrigia creditis, quā ſit uile. Mo. Teneo. Pe. Iterum ueſtri doctores in doctrinarum libro aſſerunt, quod deus in occidente eſt tantū, auctoritate Eſdre illud confirmantes, dicentis. Exercitus cœli ſupplicat tibi, exponentes hoc, quod cum omnes ſtellæ in occidentē decidunt, tunc exercitus cœli ſupplicat deo, & quoniam hæc
ſtella-

Iudei deſt
tū in occi
dente eſſe
cōtendūt.
Neemię 9.

stellarum supplicatio fit in occidente: ideo deum in occidente asserunt esse. Hæc quã dico est eorum sententia. Qui quanquam à dei sunt cognomine alieni, si mundi saltem figuram agnoscerent, non de deo tam indigna sentirent. Mo. Volo mihi ostendi si placeat, quomodo ex hoc uerbo possit perpendi, quod ipsi figuram mundi non agnouerint. Pe. Quoniam nos orientem non dicim⁹, nisi si locum illum ubi prius stella apparet, nec occidentem: nisi ubi nostro subtrahitur aspectui. Mo. Nunc obsecro ut orientis & occidentis mihi certum locum ostendas, & huius rei notitiã subtiliter discutias. Pe. Quã rem istã tibi subtiliter monstrari rogasti, te quoq; illud subtili decet oculo intueri. Quod hoc modo considera. In quocunq; uis loco consistis, & ab eodẽ lineã rectã ad orientis dirige partẽ. Quæ cũ peruenerit ad locũ ultra quẽ uisum tẽdere nequis, locũ ipsum tibi orientem esse cognosce. Eodẽ modo si ab eo in quo consistis loco lineã rectã in occidentem direxeris, cũ ad talẽ peruenerit locũ, q̃ uisui tuo terminũ ponat, tibi ipsum occidentem constitue locũ. Mo. Nũc horã recti ortus, & horã recti occasus mihi monstrari desidero. Pe. Nascente stella p̃dictã
lineam

lineã usq; ad ipsum stellæ locũ protẽde, & in cẽtro ipsius stellæ lineã fige, ita ut media super terrã appeat, & media adhuc lateat, ipsamq; horã ipsius stellæ ortũ dices. Cũ ergo sol tali ^{Ortus Solis.} modo oriri cœperit super terrã illa hora apud astrologos est uerus ortus diei. Eodẽ modo si occidente stella præfatã lineã usq; ad eã occidentis partẽ dirigẽs summitatẽ lineæ in stellæ fixeris centro, ita ut media super terrã, & media sub terra consistat, illã horã eẽ occasum dices. Cumq; sol tali modo occiderit, illa hora apud astrologos uerus est occasus diei, & initium noctis. Mo. Ex ratione tua talis procedit conclusio, quod cum pars orientalis orbis eadem sit omnibus, locus tamen orientis non idem est omnibus. Iridẽ quoq; cũ occidentalis nõ idẽ est omnibus, nec eadẽ hora ortus, q̃ est nobis est cæteris gẽtib⁹, nec eadẽ hora occasus est nobis & cæteris gẽtibus, sed sc̃dm uarietatẽ locorũ terræ in longitudine, uariatur locus orientis & occidentis, & hora ortus & occasus. Pe. Lætor te rei capere ueritatem. Mo. Adhuc quæso apertius loquere, & per aliquam similitudinẽ rem tam subtilem ostende. Pe. Constitua mus ergo solem in primo arietis gradu & in primo pũcto
gra-

gradus, & dicamus quia cœpit modo oriri ciuitati Aren, quæ sita est in primo septem climatum terræ, habens nonaginta gradus ad orientem, & totidem ad occidentem, habens etiam XC. gradus ad polum aquilonalē, totidemq; ad australē. Cum huc inq; ciuitati sol cœperit oriri, quæ nam hora erit illi ciuitati, quæ LX. gradibus distat ab occidente ciuitatis Aren? Mo. Secundum quod in astrologorum libris repperi scriptū, duæ adhuc horæ de præcedenti remanent nocte. Pe. Cum igitur ciuitati Aren sol occubuerit, quæ hora prædictæ erit ciuitati? Mo. Duæ similiter remanent horæ de die. Pe. Cum autem sol illi oriri cœperit urbi, quota iam hora est Aren ciuitati? Mo. Duabus transactis, tertia inchoat hora. Pe. Cumq; illi urbi sol occubuerit, quota hora erit Aren ciuitati? Mo. Duæ iam de nocte completæ sunt horæ. Pe. Si igitur filum rectum ab Aren pertrahas ciuitate, & perducas summitatē unam ad orientem, & aliam ad occidentem, & simili modo in alia facias ciuitate, proferens ab ea rectam lineam, cuius una summitas ad orientem, & alia pertingat ad occidentem, num quæso utriusque lineæ terminā ab
utra

utrauis parte in simul poterunt conuenire? Mo. Minime, sed quanto ab inuicem, ipsæ distant ciuitates, tanto linearum in utraq; parte distabunt summitates XXX. scilicet gradus. Pe. Nunc apertissime tibi patet, quoniā loca orientis & occidentis, & horæ ortus & occasus non eadem sunt omnibus, sed uariantur pro uarijs terræ longitudinibus. Mo. Bene tandem intelligo. Pe. Item cum sol Aren oritur ciuitati, sic eadem hora apud alteram quam diximus ciuitatem ab eisdem ciuitatis oriente in eiusdem occidētem lineam protēdas, quæ cœli puncta utriusq; eius summitatis cacumen continget? Mo. Illa quidē summitas quæ uergit ad orientem, primum punctum primi gradus piscium obtinebit, illa uero quæ directā est ad occidētem, primū punctum primi gradus uirginis percutiet. Pe. Rursus si sole Aren ciuitati occumbente, apud alteram ciuitatem lineam eo quo diximus modo ad cœlum usq; utriusq; tendamus, utraq; summitas eius quas cœli partes continget? Mo. Quæ ad orientem tenditur, primo puncto primi gradus uirginis, quæ uero ad occidentem primo puncto primi gradus piscium occurrit. Pe. Iterum autem si so

le urbi illi oriente lineam apud Aren ciuitatem ad eiusdem orientem, & occidentem tendentes usq; ad ipsum cœlum ducaimus, utraq; summitas quã cœli partem continget. Mo. Quæ orientem continget, primã particulã primi gradus tauri percutiet, quæ uero occidentem primo puncto primi gradus scorpiõis occurret. Pe. Si aut sole urbi illi occubente prædictã lineam Aren ciuitatis prædicto mō ad cœli cardines ducam⁹, quas eiusdẽ cœli partes summitas quæq; cōtinget. Mo. Orientis summitas initiũ primi gradus scorpionis, occidentis uero initiũ primi gradus tauri continget. Pe. Nunc cognoscere potes, quã grad⁹ signi qui est in oriente sole Arẽ ciuitati appa-
rente: nõ est idẽ cũ eo qui eadẽ hora alij ciuitati apparet. Similiter gradus qui est in occidente sole in Aren occubente: nõ est idẽ cum eo qui eadẽ hora alij apparet ciuitati. Sicq; oĩbus contingit ciuitatibus, prout una distat ab alia in lōgitudine. Mo. Cuncta patēter intelligo. P. Nec illa cœli pticula q̄ hodie in ortu solis quis terrar; loco in oriēte apparet, e eadẽ q̄ cras eadẽ hora eodẽ terræ loco in eodem apparebit. Mo. Et hoc lucide patet. Pe. Hæc graduũ in cœlo uariatio cōtingit cotidie

die sicut ipse sol p eodẽ grad⁹ uariat assidue. Mo. Qd̄ ratio ostendit negare nõ ualeo. Pe. Quandoquidẽ ita esse ut diximus necessaria cõstat rōe, & in toti⁹ terræ spacio nõ sunt loco oriētis & occidentis equalia, nec horę ort⁹ & occasus eadẽ, unde necessario sequit̄, stellas q̄ quibusdã occidūt, alijs eadẽ hora oriri, nec in tota cœli sphaera cert⁹ est oriētis & occidentis loc⁹ sed cotidie uariat p uarios grad⁹. multo min⁹ credi debet oriētis & occidentis mutationẽ cœlestib⁹ accidere creaturis, qb⁹ nulla unq̄ interuenit obscuritas, sed sempiter na in deficientis luminis irradiat claritas, sicut David ppheta dicit, quã tenebrę nõ obscurabunt à te, & nox sicut dies illuminabit sicut tenebrę eius ita & lumẽ eius, & Daniel ip̄e in tenebris cõstituta, & lux cũ eo semperit. Cũ etiã nulla in cœlo ascẽsus, uel descẽsus possit eẽ localis mutatio, aptissime igitur cuius patet, qd̄ in cœlo nec oriēs sit nec occidēs. Quo pbato, fatuitas euidēs est dicentiũ, qd̄ dei locus occidēs est ubi stellæ supplicāt deo. Mo. Licet manifestis refragari nequeam rationibus, uolo tamen mihi si placet ostendi quō probari possint uel cognosci longitudes die

Psal. 138

Daniel. 2

Necemig. 9

stantium ab inuicem ciuitatū ut melius cognoscamus diuersitates horarum eodem tempore super eandem apparentium. Pe. Constituamus ergo solem in primo arietis puncto, & incipiat fieri eclipsis solis apud Aren ciuitatem. primo puncto septimæ diei horæ erit utiq; eadem hora primus cancri gradus in ipsius Aren oriente. Quod si tunc nosse desideras quota hora fieri incipiat eadem eclipsis, apud aliam quam prædiximus ciuitatē, si diligēter inspicias, primo quintę horæ puncto inuenies eam ibidem fieri incipere, eodemq; momento apparebit primum geminorum punctum in illius ciuitatis oriēte, unde indubitāter patet XXX. longitudinis gradus inter utranq; esse ciuitatem. Et hoc quidem modo ab astrologis inuenitur quanta inter duas ciuitates habeat longitudo. Mo. Magnæ cæcitatē uelamen de pectore meo educens, ueritatis lucernam clarissime infudisti, quare digna à deo compensetur retributio tibi. Sed quoniam superius dixisse te memini Aren ciuitatem in medio cœli hemispherio sitā, ita ut æqualiter ab omnibus partibus distet, & in primo. VII. climatū esse positam, uolo ut huius situs descriptioē
luci-

lucidissime ostendens, ita me facias intelligere, ut uidear mihi in eadē urbe cōsistere. Cū enim dicas Aren in medio terræ positam, significare uideris ipsius terræ superficiem esse planam, ex ratione uero orientis & occidentis præmissa significaueras terram rotunditatem habere sphericam. Omne autem rotundū principio caret ac sine, sed ubicunq; principium queris uel terminum, ibidem procul dubio inuenies & mediū. Pe. Considera igitur Arē in tali loco spheræ terrestris esse, ut & ab aquilonali & ab australi æqualiter polo distet utroq; & per medium eius cotidie transeant duo prima puncta arietis & librę. Habebit igitur ad utrunq; polum, XC. gradus, eritq; ita Aren in prima parte primi climatis, quantum ad longitudinem. Mo. Ex uerbis tuis colligitur, quod tota pars terræ habitabilis in una tantum parte consistat. Volo itaq; nosse quæ nam sit illa. Pe. A medio terræ ad partem septentrionis. Mo. Geometrica figura hoc mihi monstrari uisibiliter cupio quoniam de hac re diuersas gētes ex librorum scriptis diuersa sensisse non dubito. Quinq; etenim zonarū partitione diuidunt terram, quarū medianā solis calore per
B s̄ uistam

Terra rotunditatē sphericam habet.

Quæ pars terræ habitabilis sit.

ustam, & ideo inhabitabilem dicunt, duas quoque extremas à sole remotissimas præ frigoris immensitate similiter inhabitabiles probant, duas autem medias illius calore & illarum frigore temperatas, solas habitabiles perhibet esse. Pe. Opinio ista uisus obstat effectui. Visu enim probamus, Aren in medio terræ sitam, & initium arietis & libræ super eam recta progredi linea, aëremque ibi temperatissimum esse, adeo ut ueris, æstatis, autumnii, & hyemis, semper ibi fere tempus sit æquale, ibi aromaticæ species pulchri coloris et melliflui nascuntur saporis. Corpora quoque hominum non macilentia ibi sunt nimis aut pingua, sed mediocris succi discretione decora. Temporis quoque temperies hominum corpora sibi consona reddit, & pecora, quia inefabili pollent sapientia, & materiali iustitia. Quomodo igitur quisquam dicere præsumat locum super quem sol recta præterit linea inhabitabile esse? Potest totum terræ habitabile spacium existit continuum à prædicto loco usque ad septentrionalem globum, quod antiqui in septem diuiserunt partes, quas septem climata uocauerunt, secundum numerum septem planetarum. Primum ex illis est in media linea, ubi Aræ ciuitas est condi-

Locus hominis spiritus conservat.

condita, septimum autem septentrionalis orbis tener extremum, reliqua uero medium continent spacium. Nullus est inhabitabilis locus, nisi ubi uel multarum harenarum siccitas cum aqua modica, uel montium asperitas aratri non patitur onera. Hæc omnia autem oculis subiecta figura demonstrat.



Extremitas Septentrionalis inhabitabilis frigore.


Mo. Gratias deo quod rei ueritatem uisibiliter ostendens, meo satisfacisti desiderio. Rogo

B 4 itaq;

itaq; mihi ostendas, quare uel illa pars terræ quæ est ultra Aren ad meridiem non incolatur pro ut ista quæ est citra ad septentrionem, ut ita Aren sit in medio habitabilis regionis, uel quare pars illa quæ est ultra, nõ est habitabilis, & illa quæ citra est uersus aquilonem inhabitabilis. Pe. Quoniam centrum circuli solis est extra centrum circuli terræ à septentrionis parte, unde cum sol ad VI. meridianæ plagæ signa, quæ sunt à libra ad arietem descēderit, quia tunc terræ propior est, uicinitate caloris terram exurens, omnium rerum infecūda & omnino sterilem reddit, ideoq; inhabitabilis existit. A primo igitur climate usq; ad septentrionem habitabile, remansit spacium climatibus VII. distinctum. Quicquid aut est à septimo climate, cū sol inde ad VI. meridianæ partis signa declinat, totius caloris expers remanet, abundatq; imbrium nubium & frigoris superfluitare, unde & omnis animalis caret habitatiōe. Quomodo autem centrum circuli solis extra centrum circuli terræ sit, à parte septentrionis, oculis subiecta aperte demonstrat descriptio.

Mo.

Terræ ali
qua pars
quare in-
habitabi-
lis dicitur.




Mo. Rem hætenus ignoratam breuifed uoluculenta mihi, gratias ago, demonstraſti ratione ſatisq; illis reſponſum eſſe uideo, qui aliter aliquatenus de terræ ſentiunt diuiſione. Pe. Expleto dei nutu præſenti ſermõne, ad propoſitum libet redire. Mo. Dignum cenſeo. Pe. Veſtri doctores in doctrinæ libro tertio, deũ in loco eſſe aſſerũt, VI. partibus terminato affirmantes teſtimonio hoc Daniel. 10. ſis, qui ait. Cũ egrederer ecce princeps Græcorum ingreſſus eſt. Concipiũt enim ex hoc

B s quia

itaq; mihi ostendas, quare uel illa pars terræ quæ est ultra Aren ad meridiem non incolatur pro ut ista quæ est citra ad septentrionem, ut ita Aren sit in medio habitabilis regionis, uel quare pars illa quæ est ultra, nõ est habitabilis, & illa quæ citra est uersus aquilonem inhabitabilis. Pe. Quoniam centrum circuli solis est extra centrum circuli terræ à septentrionis parte, unde cum sol ad VI. meridianæ plagæ signa, quæ sunt à libra ad arietem descēderit, quia tunc terræ propior est, uicinitate caloris terram exurens, omnium rerum infecūda & omnino sterilem reddit, ideoq; inhabitabilis existit. A primo igitur climate usq; ad septentrionem habitabile, remansit spacium climatibus VII. distinctum. Quicquid aut est à septimo climate, cū sol inde ad VI. meridianæ partis signa declinat, totius caloris expers remanet, abundatq; imbrium nubium & frigoris superfluitate, unde & omnis animalis caret habitatiōe. Quo modo autem centrum circuli solis extra centrum circuli terræ sit, à parte septentrionis, oculis subiecta aperte demonstrat descriptio.

Mo.

Terræ ali
qua pars
quare in-
habitabi-
lis dicitur.



Mo. Rem hactenus ignoratam breui sed luculenta mihi, gratias ago, demonstrasti ratione satisq; illis responsum esse uideo, qui aliter aliquatenus de terræ sentiunt diuisione. Pe. Expleto dei nutu præsentis sermōe, ad propositum libet redire. Mo. Dignum censeo. Pe. Vestri doctores in doctrinæ libro tertio, deū in loco esse asserūt, VI. partibus terminato affirmantes testimonio hoc Daniel. 10. *lis, qui ait. Cū egrederer ecce princeps Græcorum ingressus est. Concipiūt enim ex hoc*

B s quia

Iudæi deū
in loco ef-
fe asserūt.

26

DIAL. PE. AL.

quia in loco tali est deus, ubi introitus fit & exit? Quod si ita est, patet ergo quia in loco consistat VI. partibus terminato. Si uero terminato circūscribitur loco, tūc aliquis locus uacuus est à deo. Quod si est quō scit quod fit in alio loco ubi ipse non est aut quō operat in eo? Mo. Potest quippe sapientiā talē & uolūtātē habere: ut quod alibi est & per sapientiā norit, & per uolūtātē operet. Pe. Volo igit mihi respōdeas, utrū illa sapientiā atq; uolūtās sint in eo & cū ipso semper, an extra illū, & sic quāq; sine ipso. Si enim dicas, quod in eo sint & non extra illum, idē de eis proueniet quod de ipso, quia non in omni erit loco. Quō ergo scire pōt quod alibi fit aut operari? Si uero dicas extra illū esse, & oēm locū implere, tunc ab illo sunt diuersæ. Sciūt enim aliquid quod nescit ipse, & operant per se quod non operatur ipse. Igit ipse creatrices, & nō indiget mundus deo. Mo. Possunt quidē in eo esse, & in omnem locum sciendo & operando emicare, ut sol cum in uno consistat loco radios tamen usquequaque ei calefaciendo diffundit, & illuminando Pe. Si ita est sequitur ergo quod illa sapientiā atque uolūtās non æqualiter ubiq; consistant. Quicquid enim
ita dif

TITVL. I.

27

ira diffunditur, non eandem uim in ultimo quā in suo habet principio, quod minime conuenit deo Quoniam quidem autem terminum deo imponere audetis utinā uel simplū crederetis & nō corporea ei accidētia ascriberetis. Mo. Quō nos hoc credere dicis? Pe. Dicitis siquidē eum singulis diebus semel in die irasci, asserentes in mediū testimoniū Daud, dicētis: Fortis irascit cotidie. Prima etiā hora diei eum irasci asseritis, causam huius iræ esse dicentes, quod in illa hora reges iniquitatis exurgētēs diademata sibi imponūt, & solem adorant. Vidēsne quā absurdus sit sermo iste & quoniā fatui sint quæ hæc protulerunt, cum iræ discretionē prorsus ignorent, quam si nossent, non hoc de deo sentirent. Mo. Quid igitur iram censes esse? Pe. Ira est quādo audito aliquo quod displiceat uerbo colera rubea id est fel feruet, & super epatem diffunditur, & sanguini cōmiscetur. Inde siquidem homo calefcit, & in facie pallescit. Hoc autē nulli conuenit rei, nisi quæ ex quatuor cōponit elemētis. Deus autē talibus non subiacet liniamētis. Mo. Veritati cōtra dicere nequeo. Pe. Nō min⁹ hoc etiā illud ab horrendū est, quod dicunt eum de tali re irasci,
de qua

Iudæi deū
cotidie se-
mel irasci
somniaūt.
Psal. 7

Ira pul-
cherrima
descri-
ptio.

Ira passio
in deū nō
cadit.

de qua se nō possit ulcisci. Quod si possit, ira profecto eius quiesceret. Aiunt præterea, qđ ipse horæ qua irascitur punctum nemo nouerit unquā nisi Balaam filius Beor. In hoc autem uerbo uobis ipsis contrarij estis, cum ex una parte Moyses eū uocet ariolum, uos etiam uocetis iniquum, ex altera uero parte eum prudentiorem Moysē esse significetis, quia punctū horæ nouerit, quod Moysen lauit. Licetq; hoc magna dictum sit admiratione, uilescit tñ maioris fatuitatis comparatione, qua dicitis gallum irrationale animal ipse horæ punctum cotidie scire. Concedis ne hæc oīa eos ita dixisse? Mo. Et si uelim negare nequeo. Pe. Nec hoc sufficit eis de deo dicere, sed eum etiam cotidie semel in die plorare, & ab eius oculis duas prodeūtes lachrymas in magnum mare dicunt concidere, & has fulgorem esse affirmant illum qui tempore nocturno de stellis uidetur cadere. Hæc autem ratio, deum ex quatuor elementis ostendit compositum esse. Neq; enim fiunt lachrymæ nisi ex humiditatis abundantia descendenti de capite. Si uero ita est, ergo elementa sunt dei materia. Omnis autem materia, prior est & simplicior forma. Ergo & hæc

Iudæorū
magna fa-
stuitas.

Numc. 22

Iudæi deū
plorare di-
cunt.

Lachrymæ
unde pro-
ueniant.

hec priora & simpliciora deo sunt, qđ nefas est credere. Itaq; si deus talis est ut dicitis esse, cum nec cibo fruatur nec potu & cotidie duas ex se emittat lachrymas, necesse est eū decrefcere, nisi forte de aquis quę super cælo sunt iugiter bibat. Ex uerbis quoq; eorū colligitur, quia ignorēt quid ille sit fulgor. Mo. Quid tu de illo sentias fulgore desidero nosse. Pe. Fumosus quidam uapor de terra consurgit nimium fucus, unde & locū nubium transit, perueniēs ad locum ubi non multus est calor, quoniam remotus est à motu firmamenti. Quo cum peruenierit & iam multus in loco uno coterit, ipse loci calore licet exiguo paulatim crematur, & crematus euanescit, & id est quod per aērē discursitare uidemus. Mo. Quoniam per te non intermisisse doctior fio, non immerito sine intermissione gratias ago. Pe. Fletus quoq; ipse quem deo indigne ascribunt, Iudæorum captiuitatem causam esse dicūt, quin etiam propter dolorem eum ter in die ut leonē rugire assurrunt, & propter id cælum pulsare pedibus more calcantium in torculari, more etiā columbæ quendam susurri sonitū dare, & quaque uice caput mouere: & dolentis dicere uoce: he u

Scintillæ
de stellis
cadentes
quid sint.

Iudæorū
stulta de
deo opt.
max. opi-
nio.

ce, heu mihi, heu mihi, ut quid domum meam
in desertum redegi, & templum meum cre-
maui, & filios meos in gentes transtulit: Heu
patri qui transtulit filios suos, & heu filiis qui
translati sunt de mensa patris sui. Dicunt etiam
quod quidam doctorum uestrorum hanc audierit vo-
cari, in quodam loco rumoso. Præterea quod tanquam
parturientis inuicem collidat pedes, & more
dolentis manibus plaudat, & quæ cotidie orat,
ut misericordia eius sit super iram eius, & ut eat
in populo suo in misericordia. Dic o Moyses,
cum deus orat, quæ quæso adorat? Se ipsum
an alium? Si alium, is quem adorat potentior est
eo. Si seipsum adorat aut potens est eius pro-
pter quod orat, aut impotens. Si impotens est,
frustra se adorat, si uero potens, aut uult id
pro quo orat, aut non uult. Si non uult, pro ni-
hilo orat. Si autem uult, non est necesse orare, ui-
des igitur o Moyses quam omnino fit gens hæc alie-
na à cognitione diuina? Si uero uerum est deum
pro uobis plorare, ut leonem rugire, cæli pedi-
bus pulsare, more colubæ gemere, caput mo-
uere, & pro nimio dolore heu mihi clama-
re, ipsum præterea pro dolore pedes collidere: ma-
nibus plaudere, & cotidie ut uestri misereatur
orare, quid ergo uestram ne liberemini impe-
dit

Impie de
deo Iudæi
loquuntur.

dit captiuitatem? An à uobis, an ab ipso pce-
dit hæc mora? Si enim ab ipso eum ad complendam
uoluntatem suam minus esse potentem ostendi-
tis eum aliquid uolentem complere nec ualentem,
puerili more eum plorare astruitis. Si igitur nunc
impotens est: dicite, utrum in futuro potestatem
habiturus sit an non? Si nunquam habiturus est:
igitur & uester & illius dolor sine carebit, ue-
straque oratio est uacua, & spes nulla. Si uero pos-
se habiturus est, aut illud nondum habuit, sed
in præfixo & certo habiturus est tempore, quod cum ha-
bebit uos de captiuitate liberabit, aut iam ha-
buit, sed quorundam interuentu accidentium ami-
sit, quibus iterum quicquid remotis, & illud recupe-
raturus est, & de captiuitate uos educet. Si
uero habiturus est tempore certo, restat uobis di-
cere quod sit quod modo eum prohibet habere, scilicet
utrum hoc paucitati imputetis annorum eius,
an debilitati membrorum, an obstaculo cuiusli-
bet rei, à qua nequeat defendi. Hoc autem crede-
re de deo nefas est. Legimus enim in scriptu-
ris sacris quibus uos nobiscum fidem adhibetis,
deum antiquis temporibus maiora miracu-
la fecisse quam suos de captiuitate libera-
ret, ueluti cum decem plagis Aegyptum per-
cussit, & inde uos in manu ualida eduxit,
& ru-

Iudæi scri-
pturas sa-
cras no-
biscum le-
gunt.

Exo. 7. 8.

Exo. 14.
Psal. 77
Exod. 16
Nume. 11
Iosue 3.
Iosue 10.
4. Reg. 19
Eccle. 48
4. Re. 20
Daniel. 14
Dan. 3
1. Esdra 7.

& rubrum mare diuisit, in quod Pharaonē cum exercitu suo demersit, manna quoq; & coturnicibus de cælo in deserto paut, aquas etiam Iordanis in loco uno mōtis instar cōstituit, solem & lunam Iosue precibus fixit, de exercitu Sennacherib C. LXXXV. milia nocte una occidi fecit. In diebus Ezechix solem gradibus XV. reuerti præcepit, Danielem de lacu leonum liberauit. Ananiam Mi faëlem, & Azariam de igne, & uos de Babilonis captiuitate liberauit, & multa alia quæ enumerare longum est miracula fecit. Non ergo dicere potestis, quod antiquis dieb⁹ potens non fuerit. Si autem eum potentem quidem fuisse ut equum est concedatis, sed aliorum interuentu accidentium, eum impotentem factum dicatis, post quorū abscessum eum posse suum recuperaturum credatis, aliterum horum necesse est fateamini illa accidentia aut ex eo & in eo fuisse: ut infirmitas accedens homini donec conualescat ab effectu cohibet uoluntatis, aut ei ab alio esse illata, ut captiuitas cuiuslibet à rege illata, suę uoluntatis eum potestate priuata, donec libertate succedente recedat. Qd' si ex eo & in eo fuisse dicatis, deum ergo corpus habere dicatis,

ris, quod contrariorum susceptibile sit, quod de deo sentire non cōuenit. Si uero ei ab alio illata dicitis, illum qui intulit deo potentior rem esse ostenditis, quod non minus est incōueniens, Si autem uos ipsos uestræ esse captiuitatis causam dicatis, quasi melius modo in captiuitate quàm olim in libertate uos habeatis, cuius patet esse mendacium, quia nūquam captiuitas libertati est comparabilis. Si uero non hac intentione uestram libertatem remora mini, sed eo uolente uos liberare: uos per pertinaciam eius uoluntati obstititis, scilicet ut quia ille uos in captiuitatē cōiecit, uos econtrario plus quàm ipse uelit in ipsa captiuitate perduretis, deberet utiq; uestræ satisfacere uoluntati, & non se ipsum à fidue tanto mœrore deprimere, aut uos ei parcere deceret nec tantum facere contristari. Sed hoc stare nullatenus potest, cum eum cotidie ut uos de captiuitate eripiat oretis. Oro itaq; te ó Moyses, ut tantæ circuitionis ambages à pectore meo excludas. Mo. Nihil horum quæ tu enumerasti nostram impedit captiuitatem, sed deum semper & omnipotentem fuisse & esse fatemur, nec nos captiuitatem euadere uelle negamus, sed deū

C capti

captiuitati nostræ certum terminum præfixisse, & donec illud quod cōstituit iurauit & firmavit tempus adueniat, nos nullo modo liberari posse dicimus. Pe. In hoc uerbo inscitiam deo ascribitis, cum eum tale statuisse dicatis atq; iurasse, quod postea eum iurasse & firmasse pœniteat, cuius rei signum est, quod tot modis iugiter pro uobis affligitur, quod si præscisset, non antea statuisset. Insuper ergo secundum uos fuit. Quod cum apud uos cōstet, indulgere utiq; ei debetis, nec precibus eum inquietare assiduis, quanto em̄ frequentius oratis, tanto magis eius dolorē innouatis, & quo magis ab oratiōe cessando eum non inquietaueritis, tanto magis eū cōsolari permittetis. Sed dic precor o Moyses, dic inquam, debet quisquam huiusmodi credere doctoribus, & fidem eorum accommodare tractatib⁹? Mo. Cum ipsi dicta sua prophetarum confirmant auctoritate, quare tā grauit̄ in eos inueheris, & in prophetas n̄ hil dicis? An nescis prophetas dixisse, deum caput, oculos, nares, manus, brachia, & uniuersa corporis linamenta habere? Ipsi etiā dixerunt singulis diebus irasci, & ut leonē rugire, & multa alia quæ illorum probant auctorita-

Propheta
rum dicta
Iudæis ue
lata sunt.

toritate. Pe. Obscura sunt prophetarum dicta, nec omnibus satis aperta: Ob hoc etiam cum in prophetis talia inuenimus quæ secundum literam accipientes à rationis tramite exorbitemus, ea allegorice interpretamur, ut ad rectitudinis semitam reducamus. Necessitas enim cogit nos agere, eo quod aliter non potest literæ ratio stare. Yestri autē doctores non cognouerunt ut oportuit deum, ideo dicta prophetarū superficie tenus exponentes in eum errauerūt. Ergo ego propter hoc & ppter multa huius similia dixi me superius dicta prophetarum prout sanus exigit sensus intelligere. Mo. Nunc mihi uolo locū ostendi, quē necesse sit nos allegorice intelligere, eo quod ad literam expositus nō possit stare, ut qd̄ dicis uerū pateat esse. Pe. Quæris ostendā, Moyses enim ad Pharaonē, locusta (inqt) operiet oculū oīs terræ. Nunquid cū terra oculū habet? Itē idem de filijs chorę: Aperiens inquit terra os suū, deuorauit illos. Nunquid autē terra os habet? Itē in libro Iudicū ait Gaal ad Zebul: Ecce populus de umbilico terræ descēdit. Sed nunquid terra umbilicū habet? Iterum Esaias dicit. De ala terræ laudes audiuimus. Nunquid terra

Propheta
rū libri
q̄to legen
di.

Scripturæ
non sem̄
literale pa
titur sensu
sum.
Exo. 20.
Nume. 16.
Deut. 11.

Iudicū 2.
Esa. 24.

Psal. 95

Psal. 97

Eccle. 10

Abacuc 2.

Liniamē
ta corpo
rea deus
nō habet,
ut Iudæi
autumāt.

alam habet: David quoque ait. Exultabunt campi & omnia quæ in eis sunt. Item idem, flumina plaudent manibus, montes exultabunt. Nunquid autem campi gaudere, flumina manus habere, uel montes possunt exultare: Salomon quoque ait. Aues cæli portabunt uerbum tuum, & qui habet pennas annūciabit sententiā. Nunquid uel auis uerbum dicere, uel habens pennas aliquid potest nunciare? Abacuc quoque propheta ait: Lapis de pariete clamabit, & lignum quod inter iuncturas ædificiorum est respōdebit: Num uel lapis clamare, uel lignum potest respōdere? Mo. Verum quidem quod dicis fateor esse, in plerisque locis sensum allegoricum necessarium esse: tamen quod de corporeis dei liniamētis dixerunt prophetae, si secundum literam exponatur, nescio quare absurdum dixeris esse. Pe. Corporea accidentia quæ deo ascribitis, non nisi corporeæ substantiæ & rei imaginariæ congruunt. Deum autem huiusmodi esse, indecens est credere. Non igitur conuenit, quæ de deo tāquam corporeo dicta sunt, ad literam solam exponere. Si enim quis hoc sentiat, & scripturæ pariter, & rationi contrarius extat. Mo. Volo ostendas, qua-

qua-

quare quis ita accipiens sit scripturæ contrarius. Pe. Quoniam deum imaginem aut similitudinem ullam habere dicamus, multis prophetarum auctoritatibus contrā imus. Moyses enim dicit filiis Israël. Custodite sollicitè animas uestras. Non uidistis similitudinem aliquam in die qua locutus est uobis dominus in Oreb de medio ignis, ne forte decepti faciatis uobis sculptam similitudinē aut imaginem uiri uel sceminæ, similitudinem omnium iumentorum quæ sunt super terram, uel auium sub cælo uolantium, aut reptilium quæ mouentur in terra, siue piscium qui subter morantur in aquis. Cumque eis prohibuisset ne deum compositis corporibus assemularent, ueritus etiam ne forte eum simplicibus corporibus conformarent, adiunxit. Ne forte eleuatis oculis ad cælum, uideas solem ac lunam, & omnia astra cæli, & errore deceptus adores ea, & colas quæ creauit dominus deus tuus cunctis gentibus quæ sub cælo sunt. Nec reputes Moysen hæc populo præcipientem metuisse, quod prædictorum corporum figuras uel imagines adorerent, cum creaturas esse non dubitarent, sed hoc potius timuit, ne deum imaginem ali-

Deu. 4

Imagines
Iudæis quæ
re prohibita.

C 3 cuius

cuius horum habere crederent, & ideo pro
 eo huiusmodi factas similitudines adora-
 rent. Mo. Subtilis admodum est ista senten-
 tia, nec sensu cuiuslibet peruia, unde adhuc
 aliqua patentior est mihi necessaria. Pe. Esa-
 ias propheta ait. Cui assimilastis me, & equa-
 stis dicit Sanctus? Et rursus. Cui similem
 fecistis deum, aut quam imaginem ponetis
 ei? Et iterum. Cui assimilastis & adæquastis
 & comparastis me, & fecistis similem? Da-
 uid quoque uerba, deum non esse localem cō-
 probant, ut per hoc consequenter eundem
 corporeum non esse innuant. Ait enim. Quo-
 ibo à spiritu tuo, & quo à facie tua fugiam?
 Si ascendero in cœlum tu illic es, si descen-
 dero ad infernum ades. Si sumpsero pennas
 meas diluculo, & habitauero in extremis
 maris, etenim illuc manus tua deducet me,
 & tenebit me dextera tua. Salomon quoque
 idem sentiens dicit. Ergo ne putandum est
 quod uere deus habitet super terram? Si em̄
 cœlum & cœli cœlorum te capere non pos-
 sunt, quanto minus domus hæc quam ædifi-
 caui? Et alibi. In omni loco oculi domini cō-
 templantur bonos & malos. Et Hieremias:
 Si occultabitur uir in absconditis, & ego nō
 uide-

Esa. 40

Pal. 138.

2. Paral. 2

2. Para. 16

Hierem. 23

uidebo eū dicit dominus? Nunquid non cœ-
 lū & terrā ego impleo dicit dominus? Nunc
 liquido aduertere potes, quā si deum corpus
 & oīa corporis membra habere dicētes, scri-
 pturas quarū hoc auctoritate uolumus pro-
 bare, superficie tenus exponamus, omnibus su-
 pradictis testimonijs cōtra imus. Mo. Quia
 sensus meus quantum scripturis sit contra-
 rius uideo, quantum & à ratione deuiet, secū-
 dum promissum audire desidero. Pe. In ma-
 gnæ rationis palatio accubaturi ipsius pala-
 tij solum quibusdam sententiarum floribus
 sternamus, ut post delectabilius in eo ratio-
 cinaturi sedeamus. Illæq; sententiæ erunt no-
 bis quidam gradus ad comprobandum quod
 deus sit, & ad cognoscendum quid sit. Prius
 enim debemus probare deū esse, & post ostē-
 dere nihil illi simile esse. Quædam enim pars
 hominum & deum esse negant, & mundum
 ab æterno ac sine creatore fuisse confirmāt.
 Quæ nos necessitas cogit, ut prius deum esse
 qui mundum creauit monstremus. Moy.
 Quare hoc in prædictis de scripturis loquēs
 minime fecisti, ut prius deum esse ostē-
 deres? Pe. Qui scripturis fidem accom-
 modant, deum esse non negant, ideoq; nō necesse fuit,
 Heb. 4

Qui scri-
 pturis fi-
 de accom-
 modant,
 deum esse
 credunt.

probare hoc scripturæ credentibus, sed tantummodo nulli scripto credentibus. Mo. Cum deum esse per scripturas nolis probare, ipseque nullo sensu corporeo sit comprehensibilis, multum audire me iuuat, qua ratione philosophica comprobari ualeat. Pe. Si mundum cum omnibus quæ in eo sunt creatum esse monstraui, tunc deum qui interpretatur creator necessario esse concludam. Mo. Et quomodo hoc probare poteris? Pe. Sapere tribus modis dicitur. Aliud enim est quod aliquo corporeo sensu percipitur, aliud quod necessaria ratione tantum cognoscitur, aliud quod per aliarum rerum similitudinem inuenitur. Illud quod aliquo sensu percipitur, nullo alio argumento comprobari potest, ut aliquis à natiuitate cæcus nullo alio modo nisi solo auditu colorum uarietates distinguere potest, auditusque non ex toto satisfacit animo eius, & sic de cæteris sensibus corporeis. Quod uero necessaria cognoscitur ratione: tale est uelut cum dicimus, aliquod corpus eodem momento moueri, & stare non posse: aut est & non est de nulla re ueraciter prædicare posse. Illud autem quod per similitudinem percipitur, tale est ut sicubi uo

Sapere dicitur tribus modis.

Deum esse an probari possit.

bi uocem audieris, ibi aliquid uocale esse intelligis, quauis minime uideas, uel cum ubi libet fumum conspexeris, illic ignem & si non uideas esse cognoscis. Itidem si uas aliquod factum conspicias, factorem eius aliquem fuisse pro certo scimus, et si non uidimus. Itaque mundum prius creatum esse debemus probare, ut ita constet, aliquem eius creatorem fuisse. Cumque mundi creatorem probauerimus, consequenter quod ipse creator nullam habeat similitudinem ratione ostendemus. Mo. Dignum est me sermonibus tuis benedicere, à quibus tantum me credo fructum suscipere. Promissum igitur completamque palatium quibus dixisti floribus sternere. Pe. In hoc uero philosophi omnes consentiunt, quod principium rerum est perfecta sapientia, lumen præclarum, substantia substantiarum, argumentum rerum uniuersarum, post hoc est mundus animæ uniuersalis, post illum uero materia. Hæc autem duo uniuersalis scilicet anima atque materia simplicia sunt, & omnium creaturarum prima, totiusque rei compositæ origo & causa, de quibus gradatim factum est firmamentum, cum omnibus quas possidet formis & imaginibus

In creatis uidetur creator. Ro. 1

Principia rerum quæ sint.

bus. Mo. Ex uerbis tuis datur intelligi, firmamentū cum oibus quæ in eo sunt esse cōpositum. In plerisq; autē locis repperi scriptum, quicquid infra circulum lunæ est esse cōpositum, quicquid autem supra simplum. Pe. Firmamentum quidem cum omnibus quæ cōtinet in rei ueritate est cōpositū, sed respectu eorum quæ circulo subiacēt lunæ dicitur simplum. Sic enim est in om̄ibus rebus, ut aliqd respectu eius de q̄ factū est dicat̄ compositū, respectu uero eius quod de eo fit, simplū. Eodem modo quicquid supra lunā est ad ea quæ sub luna sunt simplū est, qd̄ de eo facta sunt. Ad materiā uero compositū qm̄ de ea est factum. Mo. Apertius intelligere uolo, quō firmamentū cum una sit substantia dicatur cōpositū. Pe. Omne corpus est compositū, om̄e aut̄ compositum, aut est substantiale aut particiale. Substantiale, ueluti cū una substantia alij iungitur: particiale, cum unius substantiæ partes coniungunt̄. Substantia uero substantiæ iungitur, ut caput ex ossibus, carne, & uenis infimaliunctis componitur, uelut ianua ex ligno & ferro cōposita. Sic om̄e qd̄ diuersarū substantiarū cōiunctione perficitur substantiale compositum dicitur. Particialis autem

Substantia
le compo
situm qd̄
fit.

tem cōpositi subtilior est compositio. Quod patet per hoc quia omne corpus qd̄ longitudine, latitudine, & altitudine habens diuerso non iungit̄ corpori, solius suæ substantiæ cōponit̄ partibus, ut si argenti partes multæ iunguntur, donec aliqd̄ ponderosum ac solidū reddant. Hoc aut̄ cōpositū, superiori simplicius ē: Illud uero ex toto dicit̄ simplū, qd̄ huius utriusq; cōpositiōis est expers. Et qm̄ firmamentū est corpus, tribus constans dimensionibus, uere quidē est compositū. Mo. Rationē nosse desidero, quō omne corpus longitudine, latitudine, & altitudine constans cōpositū sit. Pe. Omne corpus cuius natura in aliquā partē est mobilis, nō mouet̄ in eandē partē nisi per naturā suā. Notū est aut̄ quod pars illa ad aliq̄ mouet̄ per naturā, illa est ei⁹ naturalis locus. Cumq; ita sit, impossibile est ut ullam dimensionē habeat ad aliā partem, quæ sit contraria naturali eius loco. Quod si inuentū fuerit ad aliā partem aliquā habere dimensionē, aliqd̄ horū duorū est causa quare id faciat scilicet uel q̄ extrinsecus est compositū, ut paries ex superpositione lapidum iunctus, uel intrinsecus, ut arboris partes ab intimo prodeuntes, sese hac illacque dif-

fundūt, et aliquam dimensionem recipiunt. Hīs darur intelligi, quod quicquid aliquam habet dimensionem, ad aliam partē, quæ naturali sui motus parti contraria est, compositum esse. Ergo et firmamentum quamuis una substantia sit, compositum est. Mo. Ratio iam firmamentum cum omnibus, quæ possidet perdocuit esse compositū. Quomodo autē in eo anima uniuersalis & materia inueniri possit, uel quomodo ipsa sint simpla nescio. Pe. Quomodo firmamētum probatum est esse compositum, necessario concluditur aliquam esse materiam de qua compositum sit, ut lectus; cuius est materia lignū, uel cultellus, cuius est materia ferrum. Hanc autem materiam firmamēto simpliciorē esse necesse est, quemadmodum lignum lecto, & ferrum cultello simplicius est. Et quoniam omnis materia ipso quod de eo factū est simplicior est, nec habet in se formam uel imaginem sui compositi, patet firmamenti materiam nullam corpoream in se formam habere: & ideo omnino simplicam esse. Quod si dicamus in ea aliquid compositum esse, aliam esse materiam de qua composita sit esse necesse est, quæ & simplicior sit, Sed & illam dicētes cō-

tes compositam, aliam fatebimur simpliciorē habere materiam, & sic in infinitum. Quod ut uitemus, necesse est ut materiā illam simplicam esse fateamur. Ecce probatū satis est, in firmamento materiam, & ipsam simplicam esse. Animam autem in eodem taliter inuenimus, quia scilicet formæ illæ quibus ipsa materia est informata, non propter solū corporis complementum factæ sunt. Formæ enim duobus modis dicuntur. Aliæ enim solum corporis ostendunt terminum, ut triangulatio uel rotunditas, uel quælibet alia figura, in lapide ad nihil aliud ualent, nisi quod ipsius corporis figuram efficiunt. Aliæ uero & corpus informant, & ad quandam utilitatem natura cogente habilia facta uidentur, ut auris forma ad audiendum, oculi ad uidentum, & singulæ aliorum membrorum formæ apte sunt ad suum officium. Item forma cultelli ad incidendum, ferre ad ferrandū, rastri quoq; habilis est ad fodiendum. Et quoniam materia uarias in se quas nunquam habuerat nouiter formas suscepit, constat quia eas non ex se sed alterius rei adiunctioni quæ & potentior & simplicior sit habuit quæ in se diuersas & formas & imagines fecit, maxime

Formæ duplici sunt differētia.

me cum nulla si necessitas esset, ut tales in ea fierent formæ uel imagines, Sed hoc magis ex desiderio factum est animæ: quæ uoluit commisceri tali rei cui nunquam fuerat cōmixta simul & conglutinata, ex noua commixtione nouus est materia formis informata. Quoniam igitur firmamentum cum omnibus quæ possidet compositum secundū philosophos nō dubitatur, necesse est ut principium habere credatur. Omne enim compositū, aliquod habet principium. Hoc igitur modo patet mundum esse creatū. Omne autē compositum, necesse est compositorē habere. Neque enim aliquid se ipsum potest componere, eodemque modo omne creatū creatorē habere necesse est. Nihil enim se ipsum potest creare: Creatorem igitur mundi qui deus dicitur esse necesse est. Mo. Aduersarius igitur insistere poterit, dicens: compositorē istum uim uersalis animæ esse, quæ scilicet uis natura uocatur. Quæ inquam anima materiæ iuncta, firmamentum & oīa quæ sunt in eo composuit & nullus alius rerū compositor aut creator est. Pe. Quod dicis, stare non potest. Quoniam enim uidemus formas quibus materia informata est, uarias & ad uarios usus habiles esse, na-

Omne cōpositū ali-
quod ha-
bet princi-
pium.
Mundus
est crea-
tus.

Mūdi crea-
tor est
deus.

esse, naturam ipsam cuius admixtione & potentia, factæ sunt formæ, constat non omnino laxum sed restrictum quodāmodo posse habere. Sed hanc restrictam naturam restrictorem aliquem, qui tñ à nullo restringatur habere necesse est. Mo. Restrictorē istum animam ipsam esse respondeo, quæ uim suā prout libuit sibi restrinxit. Pe. Opera talia esse animæ non possunt, sed talis factoris, qui per se perfectus sit sapientia. Anima autē perfectā non habet sapientiam. Mo. Qua ratione potest nō creare, qd anima perfectam nō habeat sapientiam? Pe. Quia ex quo anima composita est materiæ, & materia est animæ incorporata, nunq̄ postea dolorum uicissitudine & uoluptatum caruit anima. Nulla quippe uoluptas oritur, nisi dolor præcesserit: ut nemo unq̄ delectatur bibēdo, nisi prius doluerit sitiēdo, nemo delectatur comestione, nisi præcesserit dolor in fame, aut etiam in requie, nisi ante doluerit ex labore. Sed & sic in cunctis affectibus. Ratio autē corpora se contagione denudans, & se ipsam puram considerans, perpendit illud quod nihil sentit melius & dignius esse eo quod tot diuersarum passionum accidentibus subiaceret.

Sapientia
perfectam
anima non
habet.

Dulcia nō
meminit,
qui non
gustauit
amara.

Con-

Ratio de
precat
ad opti-
ana.

Anime o-
pera sine
ratione
uictosa
sunt.

Constat igitur animam non perfectam ha-
bere sapientiam. Alta item de eadem re po-
test dari ratio, quod scilicet anima cum ratio-
nem exiit, statim luxuriam, furta, homici-
dia, & cætera diligit uitia, quæ perfectæ ratio-
nis execratur sapientia, unde iterum euidentis
est, imperfectam esse animæ sapientiam. Pro-
batum igitur satis est illis qui scripturis non
credunt, alium esse factorem, cuius per se per-
fecta sit sapientia, sicut patet per rationem
nobis ab eo attributam, opera animæ sine
ipsa ratione esse uiciosa & quodammodo
turpia. Consequitur ergo illum per quem ra-
tionem accepimus, non animam sed alium
esse, quoniam fieri nequit, ut is qui rem ali-
quam abhorret, uel execratur, eam facere ue-
lit. Sequitur quoque ex hoc, animam imperfe-
ctæ, datorum uero rationis perfectæ esse sa-
pientiæ. Cumque ratio operetur in anima, ne-
cessario dator rationis factor est animæ. Quod
cum sit, & anima ut superius probatum est,
in materia omnia composita formauerit, cõ-
cludi indubitanter potest, quod qui rationem
dedit, & omnia fecit, & omnium causa exi-
stit. Et hæc quidem de anima sententia, utique
est philosophica. Dicunt enim philosophi,
quod

quod rationalis anima procedit de uniuersa
li. Iudæi autem ut nosti, omnes animas in mū-
di principio simul asserunt esse creatas, & in
loco uno repositas, & quousque incorporen-
tur omnes, non esse diem uenturum iudicij,
& ex quo incorporabuntur, statim proveni-
re finem mundi, Christiani uero astruunt no-
uas cotidie animas procreari, formatisque no-
uis in uentre corporibus infundi. Quicquid
autem de anima credere eligas, procul dubio
ut dictum est, qui rationem dedit, omnia fe-
cit, & omnium causa existit. Oportet autem
hunc creatorem qui perfectam habet sapien-
tiam æternum existere, & nec creatum nec
nouum esse, quoniam si hic aut creatus cre-
datur aut nouus, alium utique creatorem ne-
cesse est habeat aut nouatorem. Nihil enim
se unquam aut creare aut nouare poterit, &
sic creatorum aut nouatorum numerus sine
carebit. Factoribus autem sine carētib, fa-
ctura quoque nunquam ad certum terminum
perueniet. Credendum ergo est primum fa-
ctorem, nec creatum esse nec nouatum, sed
necessario æternum. Præterea non compo-
situm sed simplicem credere conuenit eum.
Omnis enim compositio motus est: & actus
D simpli

Iudæorū
& philoso-
phorū de
aia hoīs
opinio.

Ioan. 1
Creator
principio
& sine ca-
ret.

simplicis rei. Item quod prius est, principium habere non potest. Compositio autem omnis aliquod habet principium. Creator ergo primus non est compositus, sed neque est corporeus. Omne enim corporeum, ut supra latius disseruimus, est compositum. Item neque mobilis est. Omne enim quod mouetur, partibus constat. Sed quicquid partibus constat, compositum est. Quod autem primum est omnium non est compositum. Igitur nec mobile est. Rursus omnis motio in corpore fit, siue sit recta motio, ueluti cum quis unum deserens locum occupat alium, seu sit motio in gyrum, cum aliquid scilicet in eodem existens loco ut firmamentum uersatur in orbem, siue sit motio partium alicuius rei ad inuicem facta, uel ab extremis ad medium, uel à medio ad extrema, ueluti fit in partibus aeris, seu sit motio rei in eodem quidem loco existentis, sed se per quaedam quasi incrementa hac illaque spaciantis, quemadmodum in ramis arborum paulatim ad omnes partes crescentibus fit. Hæ autem omnes motiones, non nisi in corpore fieri possunt. Sed quod primum omnium est, corporeum non esse probatum est. Igitur nec uariatur, nec cor-

Deus non mouetur.

rumpitur

rumpitur. Iterum, nec crescit per se: nec augetur aliunde: Omne enim quod uel incrementum recipit, uel augmentum, proculdubio est & compositum. Sed quod primum est omnium, supra ostendimus non esse compositum. Igitur nec crescit nec augetur. Item non decrescit. Quod enim decrescit corrumpitur. Sed quod primum est omnium supra ostendimus non esse compositum. Igitur nec crescit nec augetur. Item non decrescit. Quod enim decrescit, corrumpitur. Sed quod omnium primum est non corrumpi probatum est: Igitur nec decrescit. Rursus nullius creaturæ in aliquo similitudinem habet. Similitudo enim qualitas est. Sed quod primum omnium est, nulli subiacet qualitati. Ergo nec similitudini. Item ponamus, quod alicuius creaturæ similitudinem habeat. Sed evidens est quod similitudo aliquorum duorum alium parificat alij, uelut si dicantur in albedine similes, albedo alterius par esse debet albedini alterius, similiter de nigredine, & de omni re, quæ inter aliquos similitudinem facit. Quare si hoc esset, quod primum est omnium, primum simul esset atque nouissimum, & quod no-

Deus nullius creaturæ similitudinem habet.

D 2 nouis-

uissimum, nouissimum simul atq; primum:
 Quod utrunq; quantum inconueniens sit, ne
 minem latet. Iterum cum materia quæ crea-
 ta est nullam in se habeat formā uel imagi-
 nem, multo minus deus ipse naturæ crea-
 tor, qui simplicioris & subtilioris est naturæ
 ullam putandus est habere similitudinem.
 Promissum ergo complentes, deum nullam
 habere similitudinem, lucide ut opinor per
 rationem probauimus. Mo. Gratias deo &
 tibi, quoniam omnium creatorem nulli crea-
 turæ similem esse, nullum principium aut fi-
 nem habere, sine ullo dubitationis cognoui
 obstaculo. Patuit etiam ex uerbis tuis deum
 creatorem omnium rerum radicem & fun-
 damentum principaliter esse, secundario ue-
 ro, animam & materiam & quod deus fece-
 rit animam, & quod anima à deo facta, ope-
 retur in materia. Scrupulum autem unū qui
 adhuc mentem remordet, tua sagacitate ex-
 postulo enodari. Legi siquidem in libris phi-
 losophorum plerisq; quinq; ante mundi con-
 stitutionem fuisse, deum scilicet qui omniū
 rerum originem tenet, post eum uero animā
 & materiam, tēpus & locum. Cum ergo de
 tribus præcedentibus differueris, ualde mi-
 nor

ror quare de ultimis duobus nullam feceris
 mentionem. Pe. Quia nihil ad præsentē per-
 tinent tractatum, de eis loqui iudicauī super-
 fluum. Mo. Et si à tractatu uidetur alienum,
 tamē quid tu de his sentias audire desidero,
 quia sapientes catholici ad quorum fidem
 tu conuersus es, longe aliter de his senserunt,
 quā antiquorum philosophorum libri lo-
 quantur. Nam catholici hæc principium ha-
 buisse: philosophi autem ueteres æterna te-
 stantur esse. Pe. Illis proculdubio fidem ad-
 hibeo, qui ea non cum mundo, sed ab anti-
 quitate fuisse dixerūt. Mo. Qualiter hoc pos-
 sit constare, per rationē desidero nosse. Pe.
 Locus duobus modis dicitur. Aliquādo em̄
 causa alterius rei, aliquando per se. Alterius
 causa dicitur, dum alicui loco res aliqua infe-
 ritur, & ipse dicitur esse locus illius rei, dum
 res illa in eo consistit, & locus dicitur partia-
 lis. Quod si res illa à loco ipso discesserit, lo-
 cus unum quod prius habebat scilicet relatio-
 nem amittit, quia iam illius locus esse non di-
 citur. Locus autem per se qui uniuersalis di-
 citur, uacuitas quæuis uocatur, de quo nō de-
 bemus existimare quod causa eius rei quæ est
 in eo existat, quoniā locus semper rem præ-

Loc^o duo-
 bus modis
 dicitur.

cedere debet, quæ in eo futura est. De quo videlicet loco, talis est Platonis syllogismus. Omne aut quod totum consistit per aliud totum, si corrumpatur pars quælibet eius, quod est causa consistendi, corrumpitur utique & pars eius, quod illius causa consistit. Si vero eius quod per aliud consistit pars corrumpatur, non tamen necesse est eius quod causa est consistendi partem ullam corrumpi. Cum ergo locus sit causa existendi ei rei quæ in eo est, necesse est concludi non ideo partem aliquam loci corrumpi, quia quævis rei in eo consistentis pars corrumpatur. Quo concesso, consequitur & hoc quod locus non alterius causa consistit. Ad huius rationis evidentiam talem inducimus similitudinem. Si montem aliquem de qualibet mundi parte ablatum dicamus, non ideo locus ille in quo consistebat, est imminutus. Nomen itaque pristinum perdidit, quia iam illius montis locus uocari non poterit, sed universalis loci ibidem & nomen & natura remanet. Rursus cuiuslibet hominis seruum mortuum dixeris. Nunquid quia seruus est mortuus ideo dominus suus esse iam desijt? Non, sed domini tamen nomen quod eius respectu habebat amisit. Patet ergo quod dimota re quæ in loco

loco quolibet est, partialis utique loci nomen mutat, sed loci substantia minime tollitur. De tempore etiam ait, quia est substantia per se existens, & non accidens, quod alterius causa subsistat, uerbi gratia, si ponamus uas cum aqua ad cognoscendum tempus singulari horarum, non æstimandum est uas illud causa existendi, sed tamen discernendi signum temporis esse. Neque enim aliter tempus eueniret & si uas illud non esset. Ad hunc quoque modum debemus intelligere, firmamentum nequaquam causam sed mensuram & signum tantummodo temporis esse, sed tempus scilicet simpliciter, sine signo & mensura, & ulla discretione esset, sicut & tempus horarum diei indiscretum maneret, si uas cum aqua signatum non esset. Nunc ita breuiter omnia concludamus. Probatum est deum omnium rerum esse factorem, quem sua nobis indicant opera, quia de perfecta prodeunt sapientia: animam autem & factam esse, & factricem, quia facit aliquid in materia nec tamen corpoream, tempus etiam & locum per se existentia non corporea, sed tamen substantialia esse, materiam uero factam quidem sed factricem non esse. Mo. Apertæ rationis claritas de pectore meo totius du-

bitationis expulit tenebras. Cognoui siquidem mundum cum omnibus quæ in eo sunt factum esse, non æternum. Sed hoc tibi restat ad tui operis perfectionem, contra eos uide licet qui mundum ab æterno dicunt fuisse, aliquid quæ destruat dare rationem. Dicunt enim ita. Quid uisum est creatori summo, in tam subita & nouella rerum creatione, cum

Mundum ab æterno fuisse quidam philosophi blaterant.

Actioñi tres radices.

eas iam dudum non creasset? Nefas enim est inquirunt credere de deo, quod aliquid uel recordatus fuerit, uel subito uiderit, quod olim aut oblitus esset aut non uidisset. Contra hanc eorum questionem, nullam ante hac inueni solutionem. Pe. Nosse debes, omnium actionum tres esse radices. Actio enim alia est quæ debet esse, alia quæ non, alia simpliciter bona, illa quæ debet esse, talis est, quam si facias, grates habebis, si uero non facias, culpa beris. Quæ uero nõ debet esse, si facias gratus eris, si uero non facias, non tamen culpa beris. Hæc ultima & mensura caret & tempore: uelut si quis hodie elemosynã faciat, non est inquirendus quare non fecerit heri. Similiter si unum dederit nummum, non est inuestigandus, quare non dederit duos. Et quoniam totius mundi creatura est bona,

teste

teste etiam scriptura quæ ait: Vidit deus cuncta quæ fecerat & erant ualde bona. Non est inquirendum cur hæc non fecerit antea. Mo. Iuste tibi à deo opto magnum premium dari, eo quod quæstionem non credentium mundi constitutionem contra credentes, tam subtiliter persoluisti. Nunc quod supradixisti uolo patefacias, quomodo omnia ex coniunctione animæ cum materia gradatim sunt facta. Pe. Dicunt philosophi, quia cum coniuncta & conglutinata materiei est anima, Primum omnium formatum est, & compositum firmamentum maius, in quo nullæ sunt sydera, & quod circulos omnes facit moueri. Post illud autem formatus est signifer circulus in quo XII. emicant signa. Tertio loco factus est circulus syderum, quæ semper fixum suum seruantia, in suis locis perdurant fixa. Quarto loco, Saturni locatus est circulus. Quinto autem Iouis est orbis locatus. Sextum porro locum, Martis sibi uendicat ensis. Septimo autem Solis circulus lucet. Octauum, Veneris possidet globus. Nonum, Mercurius sortitus est. dat lunæ partes decimus locus inferiores. His uero circulis completis omnibus, & cunctis quæ in eis sunt, tunc

Quo oia gradatim facta sunt.

D s coe

Quatuor
elemento
rū origo.

Ignis.

Aër.

cœpit motus iste rotundus, qui dicitur simplex & perfectus, & genuit ille motus in materia calorem, qui effusus est per eam ipsaq; eum receperit, & inde facta sunt quatuor elementa ignis, aër, aqua, & terra. Constat autē quia omnis motus qui de aliq; mouente procedit, & omnis uirtus cuiuslibet uirtuosi, quanto proximiora sunt his de quibus procedit, tanto maiorem uim & fortitudinem obtinent, quantoq; remotiora ab eis fuerint, tanto molliora atq; debiliora redduntur. Quod quoniam ita est, patet quia calor ille qui de motu firmamenti processit, in locis uicinioribus multo plus incaluit, & concremans fuit, factusq; ignis est uidelicet ficcæ naturæ & calidæ. Quia uero paulisper calor ille longius à firmamento recessit, uim suam iam modicum amittens aliquantulum tepuit, & debilior fuit, sed & se hac illacque commouit, unde facta est natura aëris calida & humida. Omnis enim calor quamdiu fortissimus est, desiccatur & comburitur. Ex quo uero tepescit, mollescere rem ac liquefieri facit. Quomodo autem adhuc longius, à firmamento recessit, radice quasi procul existente uigorem amisit, & ideo natura frigida persistit,

Asitit, & facta est liquida & pōderosa. Et quoniam longius adhuc quam erat à firmamento recessit, ipsa frigiditatis natura propter nimiam remotionem reddita est fortior, spissior, congelatior, et durior, factaq; sicca & frigida, & ipsa est terra. Completa itaq; hoc modo elementorum natura mouit ea natura, & uis firmamenti, ad faciendam uoluntatem & iussionem dei. Cumque uis firmamenti sic ea ad inuicem cuncta mouisset, commixta pariter & coniuncta inter se sunt, & ex ipsa eorum commixtione genita sunt alia minora corpora, inanimata, animata, & animalia. Inanimata quidem, ut lapides & metalla, aliaque quæ intra terram continentur nec crescunt, ut uiuum argentum, sulphur, & cætera animata uero, ut arbores & herbæ, animalia autem & irrationalia ut bruta, & rationale, id est, homo, qui factus est post omnia. Omnis igitur creatura exordium cœpit ab uniuersali anima, & terminatur in homine gradatim ab uno in aliud migrans. Sunt igitur anima atque materia simplæ: & omnium subiectorum ineffabili summi creatoris disponente prouidentia factrices. Quicquid autē ab his inferius est, super

Aquas

Terra:

Hō post
oia creatus est.

superni rectoris uoluntati obtemperans, facti pariter & facientis tenet officium. Singulum enim eorum & fit à suo superiori, & facit suum inferius ita. Vnde & de eisdem Dauid propheta ita præcinit dicens: Benedicite domino omnia opera eius, in o. l. d. eius. Ea etiam omnia licet diuersa, ita tamen diuina restringit potentia, ut in nullo penitus sibi repugnantia uideantur aut dissona. Quod idem Dauid alio loco sic testificatur dicens: Laudent nomen domini, quia ipse dixit & facta sunt, ipse mandauit & creata sunt. Statuit ea in seculum, & in seculum seculi, præceptum posuit & non præteribit. Sed & unumquodque inferiorum superioris respectu simplicium, inferioris uero dicitur compositum. Corpus autem humanum quod omnibus inferius est eo quod sub eo nihil est, ad quod simplicium dicitur, ex toto compositum non immerito dicitur, factusque est homo de simplici omnino creatura, idem anima, & corpore omnino composito. Perfudit itaque eum & illustrauit deus suæ celsitudinis sapientia per quam cognosceret & discerneret omnia. Facta est igitur species hominis inter omnes species animalium melior, & elegantior, & in omnibus præstantior

Psal. 102

Psal. 148

stantior. Vnde haud iniuste minor mundus uocatur. Mo. Rem difficilem & multis obscuram atque ignotam, luculento & satis aperto sermone demonstrasti, iamque de tuis uerbis istis, quid Moyses potuerit significare in principio libri Geneseos secundum philosophiam aperte intelligo. Ait enim: In principio creauit deus cælum & terram, idem animam uersalem atque materiam. Gradatimque omnes enumerauit creaturas, donec peruenit ad hominem, qui per dierum successionem sexto tandem die est creatus. Sed in hoc alia quibusdam deum mundi creatorē esse minime credentibus, quæstio oritur, quæ talis est. Si omnia (inquiunt) mundana non per se sunt creata, sed alius est creator qui cuncta creauerit, cum ipse ut dicitis omnipotens sit, cur hæc omnia non in uno, sed in tot dierum spacio paulisper operando compleuit. Ad hæc quid responderi debeat, conijcere nescio. Pe. Non patitur ratio, ut quoniam una creatura tardius est creata quam alia, ideo summus earum creator minus potens credatur. Neque enim in hoc eius fuit impotentia, sed quia ipsarum creaturarum altera mollior, altera durior fuit in suscipienda sua creatione & forma, ueluti si accipias

Homo quæ
dicatur
minor mundus.

Gene. 1

Homo sexto die
creatus.

cipias massam unam in qua ferrum, æs, & plumbum, stagnum, pix, & cæra, simul sint posita, & hanc massam ex omnibus istis cōmixtam, uno eodemq; momento in ignem miseris totam, nunquid omnia uno eodemq; temporis ictu liquefient? Non utiq; sed prius cæra, postea pix, de hinc stagnum, deinceps plumbum, post æs, ad ultimum ferrum liquefiet. Impuras igitur hoc ignis uirtuti, quod alia alijs citius liquefiant, an eorum uariæ ascribis debilitati? Mo. Virtutem ignis eandem esse erga omnia nemo dubitat, sed eorum quæ molliora sunt citius, quæ uero duriora tardius liquefunt. Pe. Eodem modo in creaturis mundi non alia de causa tot dierum transiit mora, nisi quia quædam earum tardiores fuere in suscipienda forma. Mo. Dubitationis errore sublato iam ueritatis lumen aspicio. Pe. Aperta satis & firma cuilibet est hæc oratio, quam & argumentorum & rationis undiq; fulcit probatio. Sed uestri doctores dum in quibusdam pertinaciter nobis obfistere conantur, ipsi etiam uisui cōtrarij inueniuntur. Mo. Mihi uelim si placet ostēdi, quis nam error iste sit. Pe. Dicunt enim, quod deus cum firmamentum constituit,

perficie

Sex dierum
operatio
nō arguit
dei impo-
tentiam.

perficere penitus nolens cuiusdam magni foraminis spacium in septentrionali parte imperfectū reliquit. Quod ob hoc uidelicet eū fecisse asseuerant, ut si quis aliquando exurgens & ei æqualem se faciens deum esse se diceret, ipse deus illius spacij perfectionem ei opponeret dicens. Si deus es ut ego, locum illum claude si potes, quem apertum reliqui ego. Hoc autem quàm patens mēdacium sit, nullius oculi aciem latet. Septentrionalis etenim poli axem altissimū semper super nos, nec unquam occultari conspiciamus, ipsumq; totum integrum perfectumq; uidemus. Perperdis igitur, quā manifestus sit error iste? Mo. Perpendo quidem, & hūc sermonē omni rationis uigore destitutum cognosco. Pe. Nonne adhuc mendaciū quod de Chore clauibus confinxerunt, multo inhonestius & absurdius est? Mo. Quo pacto tibi mentiri uidentur? Pe. Dixerunt ut ipsemet nosti, quoniā Chore dum heremum cum Moyse & filijs Israël præteriret: trecentos habebat camelos onustos, nihil aliud ferentes nisi solas claues thesauri eiusdem, quæ claues de uaccarum corrigijs factæ erant omnes, ut leuius ferri possent. Computemus ergo si placet ò Moyses,

& utrum

Rabini lu-
dæorum
admodū
stulta doc-
cent.

& utrum hoc stare possit uideamus. Demus ad minus libræ VI. clauēs, & quod quisq; camelus ad minus sexcentas tulerit libras, erantq; clauēs quas unus camelus ferebat, tria milia sexcenti. Fient itaq; clauēs CCC. camelorum, mille & LXXX. milia. Sed cum quęque clauis ad minus unius sit archę: q̄t sunt clauēs, totidem proculdubio erunt & archę. Dentur itaq; cuiq; camelo ad minus duę archę, & erunt cameli archas ferentes quingenta & quadraginta milia. Sed & secundum cōsuetudinem diuitum quibus maior cura de custodiendis diuitijs est: oportuit ad minus duos camelos unum habere custodem, qui thesauros cū summa seruans diligentia, uix etiam dormitaret, inueniēturq; camelorum custodes ducenta, & quadraginta milia. Libro autem attestante didicimus, quomodo exercitus Chore per domos & cognationes & familias suas, non erāt nisi octo milia sexcenti. Huic simile nō minus ridiculosum est illud, quod dicunt filijs scilicet Iacob patrem suum ad sepulchrum portātibus, filios Esau suum similiter patrem ad sepulchrum deferentes cum magno comitatu eis occurrisse: Cumq; utrinq; magnus esset exercitus, & fin

Ridiculo
sum iu-
dæorum
figmentū.

& singulę partes sepulchrum sibi uendicare uellent, filium Dan montem ascendisse dicūt, & tantę magnitudinis præcidisse lapidem, quanta multitudo esse poterat totius exercitus Esau, ipsamq; molem capiti impositam attulisse, ut super hostium cuneum eum proiciens, omnes uno prosterneret ictu. Cumq; adueniens iam ambos cuneos concordem inuenisset, molem quam attulerat in mare proiecit, cuius magnitudine aqua maris terminos suos excedens, duas ciuitates sui effusione subuertit, & ipsę sunt quas longo tempore post Pharaon rex Aegypti filios Israēl ædificare præcepit. Nonne, queso hæc adinuentio tibi iuste summo risu digna uidetur? Cū enim Iacob filij, duodecim adhuc tantūmodo essent, uiri Esau de tribu sua iam CCCC. existebant. Nunc igitur numero filiorum Iacob aucto, quanto maior existimari potest filiorum Esau numerus fuisse? Tantam igitur oportuit eorum esse multitudinem, ut et filijs Iacob, & toti Aegyptiorum genti quę cū Ioseph uenerat obsistere potuisset. Nunc igitur iudica quid horum admiratione sit dignius, scilicet uel ubi tantum inuenerit montem, uel quo monte tam mirę magnitudinis
E molem

Nume. 26

molem, uel quomodo in capite tanti ponderis gestare potuisset lapidem, ut tam magna prostrernere posset cohortem. Non minus stupendum est illud monstrum, quod Og rex Basan uidens ingentem exercitum Israel, sexcenta scilicet milia, & quatuor milia, & Dueros à XX. annis & supra, exceptis mulieribus & paruulis qui supputari nō poterant, molem inauditæ magnitudinis capiti suo imposuit, & cum ea expeditionem totam prostrernere uoluit, sed upupa auis minima moli ipsi subsedit, & tam diu rostro suo eam contudit donec foramine magno iuxta quantitatem capitis eiusdem regis peracto, moles caput transfiliens, in eiusdem humeris subsedit. Capite autem sano & toto corpore incolumi, fortassis adhuc à collo subleuasset, nisi adauctorum subito dentium quantitas impedisset. Mox enim ut lapis in collum descendit, dentes sibi repente ita sunt adaucti, quod cum uoluit iam subleuare minime potuit. Quod Moyses intuens, cuius corpus decem cubitos habuisse asseritis, & totidem eius uirgulæ asseribitis, se super terram in modum salientis decem cubitos erexit, ut eum in aliquo

quo corporis loco cum uirga percuteret. Si ergo computes decem cubitos quibus à terra eleuatus est, & decem eius corporis cubitos, & decem alios quos uirga in altum porrecta habebat, à terra ad summitatem uirgæ triginta inuenies cubitos. Sed cum in tantum erectus esset MOYSES, uirgæ tamen summitas qua eum percutere intendebat, nequaquam ulterius attingere potuit, quàm ad eum nodum quo sura iungitur pedi, quæ uulgo cauilla uocatur. In quo quidem cum eum percussisset, continuo cadens expirauit. In hoc cognoscere quilibet potest, quod à planta pedis quam in terra fixam tenebat usque ad nodum in quo percussus est, triginta cubitos habebat. Ab eo igitur loco usq; ad summum, nō minus quàm octingenti cubiti erant, solumq; caput decem cubitis facile constare poterat. Vnde sequitur, quod auis illa molem ipsam decem cubitis perforauit. In quo facto quot sunt miranda, quidue potius mirer cum considero, stupeo. Vbi enim uel tantum lapidem inuenire, uel qualiter tantum pondus potuit portare? Aut quomodo tam paruula auis tantum, tam durum, tamq; spissum saxi corpus

E 2 tam

tam cito ualuit penetrare: quoue pacto den-
 tes ei tam cito crescere? Aut qua ratioe tam
 immensæ & inauditæ magnitudinis creden-
 dus est fuisse, præsertim cū lex dicat, lectum
 eius ferreum non nisi nouem cubitos habuif
 se: quoue pacto tantus homo tam facili uul-
 nere cecidisse? Libet adhuc aliud innote-
 scendo ridiculum, maiorem eorum fatuita-
 tem ostendere. Aiūt enim quod Moyses pro
 lege suscipienda in cœlum ascendit, & ibi cū
 angelis taliter altercatus sit. Dicebant enim
 (inquiunt) angeli. Legem hęc te minime fer-
 re sinemus, quam nobis plus quā filijs Israēl
 necessariam scimus. Ad hęc Moyses insolita
 uisione perterritus, nihil respondere præsum-
 pfit, sed domino se confortante ut secure re-
 sponderet, & præcipiente, ait angelis. Cum
 lex hęc regendorum corporum præce-
 pta contineat, non satis cōsidero, quid uobis
 qui spiritualis tantum creatura estis sit neces-
 saria. Angeli quid ad hęc dicerent non habē-
 tes, uicti cōtulerunt. De Moyfi igitur uictoria
 deum risisse, & ualde lætatum esse dicitis,
 & ita Moysen post triumphum cum lege ala-
 crem descendisse: Quod quæso fatuitatis di-
 uersitates in hac continentur lasciuia? Quo-
 modo

Deut. 3.

Iudæorū
fatuitas
pulchre
describit.

modo enim Moyses corporis mole depres-
 sus, altitudinem cœli conscendere potuit, aut
 quomodo deo dare legē uolente, angeli pro-
 hibere? Quid iterum stolidius est quā dicere,
 deum angelis uictis exultare, & puerili more
 ridere? Item si angeli ut dicitis tā auidi illius
 legis retinendæ erant, cur eā non prius à deo
 quæsierant: uel quid contentionibus prode-
 rat eis deseuire? Poterāt enim legem ipsam
 etiam simul cū Iudæis obseruare, nec erat ra-
 tio cur eam Moyfi deberēt inhibere. Non
 minus his omnibus cuilibet præstat ridicu-
 lum, aliud quod ipsi memorant factum: Di-
 cunt enim angelum mortis cuidam uiro ap-
 paruisse nomine Iosue, filio leui doctore, eiq;
 dixisse. Ad hoc uenisse me scias, ut animam
 tuam suscipiam, & moriaris. Nequaquā in-
 quit ille quod communes faciam, nisi prius
 mihi paradysum ostenderis. Susceptum igitur
 angelus in alis suis, duxit ad locum unde
 uideret paradysum. Callidus autem ille de a-
 lis eius delapsus, in paradysum cadere se per-
 misit. Angelus deceptum se esse dolens, irato
 nimis uultu, egredere ait ut moriaris. Ne-
 quaquā ait ille egrediar. Cumq; secundo ac ter-
 tio angelus id ipsum cum magno clamore

Aliud Iu-
dæorū ri-
diculum.

E 3 repe-

repeteret: & ille eius uerba negligeret, commotus nimium angelus, ad deum pergens huius rei querimoniam fecit. Deus autem eum redire rogauit, ut hominem illum ex dei nomine de paradysō egredi præciperet. Veniens itaque angelus ad paradysum, ait: Deus ut egrediaris præcipit. Iurauit ille, & ait. Per deum non egrediar: Rediit angelus ad deum & dixit: Iureiurando se nunquam inde egressurum firmavit. Dans itaque iudicium deus respondit. Omnia uolumina uite & actuum eius reuolue, & diligenter relege. Si quando eum iurasse, & periurasse inuenieris, modo quoq; nihil sibi iurasse ualebit. Si autem nunquam periurum esse probaueris, non in hac uice timebis. Volumina itaque omnia angelus studiose discutiēs, nunquam periurasse inuenit. Dimisit ergo eum uictus, qui ut dicitis usq; in præsentem diem incolu- mis permanet atq; uiuus. Considera quæso quàm risu dignissima in hoc possunt notari sermūculo. Quid enim plus miremur: an fa- ruitatem angeli qui callidam hominis artē non prius agnouit, an hominem audito per angelum dei præcepto contra ipsum præcep- tum ausum fuisse iurare, an dicamus dei im-
poten

potentiam fuisse, quod non nisi per nuncium eum de paradysō potuisset expellere: an as- scribamus dei ignorantia: quod non aliter scire potuit utrum periurus fuisset, nisi eius uitæ libros reuolui iuberet? Nonne hæc omnia fatuissima sunt? Quod si omnia quæ doctores uestri familia his conscripserūt poneremus, multos sicut & ipsi libros nugarum fabulis implemus. Pauca autem in- duximus, ut eorum uel sapiētia, uel fatuitas, cunctis patesceret. Hoc itaq; est qd tibi supe- rius dixi, uerba doctorum uestrorum non aliud uideri, quàm uerba iocantium in scho- lis puerorum, uel nentium in plateis mulierum. Sed dic precor ò Moyses, talium homi- num uel legem suscipiendam, uel auctorita- tem iudicas comprobendam? Eruat te diu- na miseratio, de eorum execrabilibus præce- ptis atq; consilijs, quemadmodum & me, li- cet non meis eripuit meritis, & te mecum pa- riter salutiferis subdat imperijs, quate- nus utrumq; pariter ditet suis in- effabilibus præmijs.

F I N I S.

E 4 TITV

TITVLVS

SEC VNDVS. DE COGNO-

scenda præsentis Iudæorum captiuitatis causa tractat, & quàm diu durare debeat.

M O Y S E S.



QVONIAM quæcunque nostri doctores diuinæ maiestati indigne applicant, tu omnia inexpugnabilem luce rationum, nec scripturæ auctoritate, nec cuiuslibet rationis uigore consistere posse monstrasti, nunc ad secundam propositorum partem in qua de nostras captiuitate locutus, ueniamus si placet. Dixisti enim (nisi menti excidit) nos tali modo sperare captiuitatem euasuros esse, quo scilicet modo nequaquam possumus euadere. Nunc itaque propter hoc quero, utrum nos illo quo credimus sed alio, an etiam nullo quod absit modo euadere concedas. Pe. Eo quidem modo quo ipsi æstimatis non credo, sed alio modo uos euasuros esse non abnego. Mo. Quare eo quo dicimus liberari nequaquam possumus modo, & quis nam fit liberationis modus

modus, audire desidero. Pe. Cum Christum filium dei esse, aut in mundum pro humani generis redemptione negaueritis uenisse, & eius præcepta nolueritis seruare, liberari nequibitis à captiuitate. Si uero eum & dei filium esse, & iam uenisse credideritis, & munda data eius custodieritis, statim de captiuitate exhibitis. Mo. Quam auctoritatē poteris asserere, super huiusmodi sermone? Pe. Prius quæ uestræ captiuitatis fuerit causa uidere debemus, ut sic etiam euadendi modum melius agnoscamus, more sapientis utentes medicum, qui prius infirmitatem inspicit, ut qua opus sit medicina scire possit. Mo. Bene dictum collaudo. Pe. Prius causam Babylonicæ captiuitatis, quæ non nisi per septuaginta annos durauit, dicas uolo, quia ipsa cum audierimus, adiuuerit nos ad cognoscendam causam huius tantæ captiuitatis. Mo. Plurima peccata, quæ longum est enumerare, prioris captiuitatis causa fuere. Pe. Ita quidem concedo esse, sed tamen ex illis aliqua uolo à te ego audire. Mo. Pauca ex illis in medium deducam, quæ prophetica auctoritate probantur, scilicet usuram, uel munus pro iniquitate accipere, iuramentum falsum iurare, in uendendo

Iohel. 2
Fides in
Christum
libertatē
donat.

Fili Israel
el LXX.
annis Ba-
byloniæ
captiui.

E s &

& emendo pecuniam falsam dare, falsa testi-
 monia dicere, alterutrum detrahere, paren-
 tes, & loca sanctificationis, & dies sabbato-
 rii inhonorare: matris, sororis, filia, socrus,
 uel cuiuslibet illicitæ foeminae turpitudinem
 reuelare, homicidia perpetrare, idola adora-
 re, stellis sacrificare, deum negare, deiq; pro-
 phetas, tanq̄ Vriam, Zachariam, Esaiamq;
 necare, & alia multa, quæ ut superius dixi, lō-
 gū est enumerare quæ in tantum creuerunt,
 ut deus ad Hieremiã diceret prophetã. Cir-
 cuite uias Hierusalem & aspice & cōsidera-
 te, querite in plateis eius an inueniatis uirum
 facientem iudicium & quærentē fidem, pro-
 picuus ero eius. Item Ezechiel ait: Quæsiui
 de his uirum qui interponeret sepem, & sta-
 ret oppositus contra me, propterea ne dissi-
 parem eam, & nō inueni. Pe. Gaudeo & gra-
 tias ago, quia iam te aliquam ueritatis scin-
 tillã uidere cognosco. Dic ergo si nosti quæ
 nam causa huius tam longæ, tamq; diræ fue-
 rit captiuitatis, quæ iam mille quadraginta
 durauit annis. Mo. Hæc eadē peccata & his
 similia. Pe. Hanc rationem nulla poteris au-
 dēritate firmare qa à CCC. annis ante sub-
 uersam Hierusalē nullus in Israel propheta
 extitit

Hier. 5

Ezech. 22

extitit, qui hoc prædixerit uel scripserit, ma-
 xime cum doctores uestri dicant hoc tantū
 fuisse causam subuersionis Hierosolymorū,
 quod alter alteri sine re inimicaretur & inui-
 deret. Insuper etiam ad tuæ rationis destru-
 ctionem adijciunt, quod ædificato templo
 deus in manus eorum peccati principē tradi-
 derit cui ligatis manibus & pedibus unum
 euulserunt oculum, & ab ea die nō habet po-
 testatem decipere posse in homicidio & ido-
 latria, & consanguinearū turpitudine reuelā-
 da. Non ergo oīa ea quæ fuerāt prioris, sed æ-
 q; causa fuerunt captiuitatis. Dicūt etiã qd
 templo existente, multi erant homines bonæ
 uitæ, qui prophetæ debuerant esse, si tēpus fu-
 isset prophetiæ. Multi etiã præter usum facie-
 bant noua miracula, ueluti dicunt Iohannã
 filium Zachai tantæ sanctitatis fuisse, quod
 cum in cathedra sua ad legē dum libros suos
 sederet, deus ad ostendendā meritōrū eius uir-
 tutem, oēs aues super eum uolitantes, cōcre-
 mari & in terrā ruere fecit. De alio q; hun-
 ni uidelicet tale aliud miraculum astruunt,
 Temporibus quidē eius terrā dicūt siccitatē
 pertulisse. Qui circulo de lapidib⁹ fabricato
 ingressus est ipse in eū, & ait ad deū: Iuro per
 nomen

Captiuitas
 iudæo-
 rum tam
 diuturnæ
 causa quæ
 fuerit.

nomen tuum deus, quod non hinc egrediar, nisi pluuia in terram descendat. Cœpit ergo minutim pluere, sed ipso maiorem pluuiam postulante, tantus imber descendit, ut pene terras omnes uastauerit. Sed eodem medio-criter petente, pluuiâ temperata descendit, & terra bonis omnibus redundauit. Aiunt etiã de Annania filio Dosa, quod uox cotidie de monte Oreb sanctitati eius tale afferebat testimonium dicens: Propter bonitatem Annaniæ filij Dosa totum mundum guberno, cui tamen parũ quid satis de ipso sufficit mũdo. De quo & aliud tale miraculum astruũt. Cum enim ipse & uxor eius ambo pro deo uitam pauperrimam ducerent, omni die ueneris clibanum calefieri iubebat, ut proximi & uicini eius eum cibus affluere, & bene crederent uiuere: Quadam igitur die cum solito more clibanum succendi præcepisset, & quædam uicinarũ quare hoc fieret animaduertisset, ad clibanum subito uenit, ut eorum facta reuelans, tam uiro quàm mulieri uerecundiam inferret. Vt igitur ad clibanum uenit & introspectit, plenum panibus uidit, qđ uelociter currens præfatæ mulieri nunciauit. Quæ eam hoc non ueritatis sed improprierij causa

causa dicere æstimans, credere noluit donec ipsamet probauit. Iuit igitur, aspexit, sicut uicina dixerat esse inuenit & ad uirum lætabũda regressa, quomodo iniquæ mulieris uolũtatem deus commutauerit in honorem, ei ex ordine retulit. Ille indignum iudicans ut quod deus ad miraculum fecerat in propriũ suum sumeret usum, nihil ex eo se gustaturũ esse respondit, sed totum dari pauperibus fecit. Aiunt præterea eisdem tẽporibus Nichodemum Guirionis filium, ualde laudabilis uitæ fuisse uirũ. Cuius diebus siccitas tanta terram pressit, ut euntes ad templum orationis causa, nihil quod biberent in uia habere potuissent. Erat autem in itinere illic euntibus cisterna quædam cuiusdam principis gentilium. Ad hunc principem accedens Nichodemus ait. Cisternam tuam mihi ad totius populi opus si placet concede: & usq; in diem illum cisternam cum aqua, uel eque ualens precium reddã. Quid multa? Quod postulauit impetrauit, & populi sitim compe-scuit. Sed cum statuto die creditor ille precium quesiturus adesset, & præ nimia siccitate nihil aquæ cisterna haberet, Nichodemus oratione ad deum fusa, pluuiam de cœlo impetrauit

trahit super totā terrā, & cisternā sicut acceperat plenam domino suo restituit. Sed quia in hora qua eadē pluuia descēdit, iam dies inclinata erat ad uesperum, ait princeps ad Nichodemum: Aquam quidem oratiōe tua recipio, sed tñ quoniā constitutæ diei tota trāsiit hora, precium ex debito mihi soluere debes. Ille igitur facta iterū oratione, solis cursum detinuit, & toto mundo eius lumine illustrato, debiti questionem euasit. De Achiba etiam scriptū habetis, quod quodcūq; postulasset à deo impetrabat. De cuius sanctitatis magnitudine hoc legitur. Quod cū Moyses in montē pro suscipienda lege subisset, & omnia post eum futura tempora, & omnes seculorum generationes spiritu sancto dictante prænouisset, & inter homines Achiba humanam excedere uitā, & magnis meritis pollētem uidisset, ait ad deum. Cum tam probabilis uitæ futurus sit homo, quare domine per me & non magis per eum legem tuā populis placet ministrare? Ad hæc deus, quoniam inquit lex in præsentī est mundo necessaria, Achiba autē post longa futurus est tempora. In his datur intelligi qd Moyses illum de quo talia dicebat, longe se meliorē præui-

præuidebat. Hi & alij similes his erant, uobis maiores & iudices, qui minoribus bona age re imperabant, & quorum monitis cæteri libēter obtēperabant. Quorū si uel unus similis in prioris captiuitatis tpe fuisset, nequaquā ut supra deum dixisse per Hieremiā ostendimus, captiuitas facta fuisset. Et quod magis mirandū est his diebus quib⁹ meliores horū pollebant, idē destructo tēplo captiuari sunt Iudei. Dic ergo ò Moyses q̄nam huius captiuitatis fuerit causa, quia quā dixeras supra, nulla ratione stat firma. Mo. Quid aliud dicam non habeo, nisi quod longo tpe subsistēte templo peccata multa paulatim succreuerūt cū illo, quod nostri doctores dixerūt sed multiplicato delicto. Pe. Quod dicis templū substituisse tempore longo, decē profecto tantum annorū curricula substitit, supra quod alterum scilicet Salomonis ante substiterat. Quod autem dicis quia peccata sunt cumulara peccatis, ratio non recipit. In prima enim captiuitate ideo peccata sunt addita peccatis, quia reges iniqui exemplum malī præstabant alijs, scilicet deum postponebant, idola adorabāt, & populum idem facere cogebant, uelut fecit Ochozias, Achas, Manasse

Hier. 5

4. Reg. 1

4. Re. 16

4. Re. 21.
& 24.

nasse, Amon, Sedechias. Principes autem secundum temporis omnino contrarii erant, quia bonam agentes uitam etiam populum exemplo sui bene uiuere cogebant. Qua ergo ratione ostendi potest tot peccata succreuisse, ut propterea sit captiuitas facta? Quod autem dicis propter maleuolentiam quam ad inuicem habebant captiuitatem illam factam fuisse: recte rationis non innititur anchora: Hoc enim peccatum pars una fuit eorum quae in prima fecerant captiuitate, nec propter illud tamen captiuari deberent, nisi cum eo & alia maiora eo succreuisent. Maiorum enim & minorum criminum quantitatem nos ne scimus discernere, nisi secundum modum ultionis a deo indictae. Huius autem uindicta, non est nisi quadraginta flagella. Alia sunt crimina, quorum est maior uindicta, scilicet cum quis praecipitur uel capite plecti, uel laquei suspensione necari, uel lapidibus obrui, uel etiam igne cremari. Quomodo ergo uerum esse potest maleuolentiae crimen maioribus aequari debere? Rursum ratio refugit credere, crimen hoc temporibus illis in tantum regnasse, cum Aggei prophetae uerba testentur, constructo templo deum dixisse. Magna

Discrimē
peccatorum.

Aggei 2.

gna erit gloria domus istius nouissime plus quam primae dicit dominus exercituum, & in loco isto dabo pacem. Mo. Quoniam omnes mearum rationum sunt aditus obstrusi, tu mihi quaeso huius quaestionis tuae solutionis clauem & causam ignores, quare eadem tam dura fuerit, tam crudelis, & intolerabilis, respondere non potes. In prima etenim captiuitate cum aliorum more captiuorum in Babylonem ducti fuissent, nullam praeter seruitutem poenam sustinuerunt. Colebant enim agros, plantabant uineas, aedificabant domos, cum uxoribus & filiis secure uiuebant. In secunda autem tot & tanta eis obprobria, & tanta inaudita intulerunt, quibus similia uel aequalia, non sunt uisa unquam nec audita. Occisi quidem sunt & cremati, & captiuorum more uenditi, adeoque creuit illa uenditio, donec pro uno argenteo triginta darentur captiui, nectamē inueniebatur qui emeret, sicut promissit Moyses dicens: Venderis inimicis tuis in seruos, & ancillas, & non erit qui emat. Naues etiam ipsis impletae, sine ullo remige uel gubernaculo uagari per pelagus sunt dimissae, ad ipsorum dedecus & uilitatem. Praeterea

Iudaei triginta pro uno argenteo uendebantur. Deut. 28.

F terea

Iudæorū
plaga in
ultima ca
ptiuitate.

terea postquam in hac captiuitate deiecti estis, intolerabilia uobis dabantur mandata, ne legem uidelicet legeretis, nec uestros eam filios doceretis. Quod si quis legēs eam aut docens filios inuentus fuisset, aut credebatur, aut pectinis ferreis acutissimis pectebatur. Præterea nec sabbatum nec pascha celebrare permitti estis. Si uero quis hoc faciens inuentus fuisset, acerrime puniebatur. Prohibiti super hoc estis uestros pristino more filios circumcidere, multumque transijt temporis, quo nemo nisi in occulto suum ausus est filium circumcidere. Circumcidens autem inuentus quiuis pœnis afficiebatur grauissimis. Edictum præterea durissimum uobis promulgatum est, ut si quis uestrum puellam uirginem uxorem duceret, prius eam ad prouinciæ principem duceret, ut cum ea dormiraret, & sic demum ad Iudæum rediens nuberet. Qua de re adeo contriti estis, ut nemo uirginem desponsare uellet. Sic per omnium successiones temporum diuersa uobis indicebantur mandata malorum, ut ipsis uestrorum testimonijs probatur librorum. Moy. Omnia proculdubio malorum genera concedo, sed iam dudum inhiant

inhianter tantæ tribulationis causam audire desidero. Pe. Quia malorum causam ignoras, idcirco quare tam longa sit nescis. Ecce enim iam in ea mille quadraginta annos expletis, & adhuc quanto durare debeat tempore, nullo scripto certum habetis, forensis autem iustitia exigit, ut punitis aut mortuis his qui facinus aliquod commiserunt, sequaces à captiuitate liberi debeant esse, quemadmodum habetur scriptum in lege, quod exploratores qui ad considerandam re-

Iudæorū
ultima ca
ptiuitas
quàm diu
durabit.

Nume. 13.
& 14.

Hiere. 27.
& 29.

missionis terram missi erant, cum dei uoluntati rebelles uoluissent existere: ne peccatum eorum inultum existeret, quadraginta annis morati sunt in solitudine, & in eorum dierum spacio, omnes illi præuāricatores obiere. Quibus tali morte punitis, filij qui à patrum erant infontes crimine, terram patribus promissam introiere. In transmigra-
tione quoque Babylonis septuaginta annis sunt demorati, donec defunctis omnibus quorum peccatis captiuitas fuerat facta, filij qui nihil commeruerunt de iugo sunt liberati. In hac uero captiuitate quæ à Tito facta est innumerabiles iam transierunt generationes, nec adhuc finem habet. Hoc au-

F 2 tem

Deu. 24

tem factum est contrarium ei sermoni quē ait dominus ad Moysen. Non occidentur patres pro filijs, nec filij pro patribus, sed unus-

Ezech. 18

quisq; pro peccato suo morietur. Ezechiel quoq; ait: Viuo ego dicit dominus deus, si erit ultra parabola hęc in prouerbium in terra Iuda. Ecce omnes animæ meæ, ut anima patris, ita & anima filij mea est. Anima quæ peccauerit, ipsa morietur. Mo. Et si his exēplis cōtraria est lōgæuitas nostræ captiuitatis, sed tamen alijs legis cōcordat scripturis.

Exo. 20

In Exodo enim dicit dominus: Ego sum dominus deus tuus, fortis zelotes, uisitans iniquitatem patrum in filijs in tertiam & quartam generationem, his qui oderunt me. Hie-

Treno. 5

remiæ quoq; uerba sunt hęc. Patres nostri peccauerunt & non sunt, & nos iniquitates eorum portauimus. Pe. Aliter res se habet quàm dicis. Si enim ita essent uerba prophetæ, sibi met contraria essent. Sic autem utrumque dissoluitur. Quod enim dicitur, quia filij non portabunt iniquitatem patrum, ita intelligitur si filij non fecerint iniquitatem patrum. Quod autem dicitur, quia filij portant iniquitatem patrum, hoc modo dicuntur portare, si scelera fecerint patrum.

Ezech. 18

Mo.

Mo. Quod loqueris sapientibus rationabile & iustam parit intelligentiam. Hoc autem ex tuis uerbis intelligi datur, quod omnes sequacium generationes idcirco in patrum captiuitate permanent, quod patrum suorū in quantum possunt opera exequuntur. Quod si patrum opera dimitterent, & de captiuitate exirent. Pe. Ita utiq; sentio. Mo. Iam si placeat tanti reatus magnitudinē aperi. Pe. Quia Christum dei filium occidistis, dicentes eum magum, & de scorto natum, & quod totam gentem in errorem induxit. Maiores uestri hęc & his similia protestati sunt, donec totā plebem suæ prauæ uoluntatis efficientes con-

Peccata
patrum
Iudæi imi-
tantur.

Iudæorū
odium in
Christū.

F 3 loque-

loqueris homo nostræ tribulationis causa
 exiterit. Pe. Quam quæso à me super hoc
 exigis auctoritatem, cum iam superius mihi
 concesseris tam inauditæ afflictionis inaudi-
 tum omnino peccatū causam fuisse? Cumq̄
 illud tu nullo prorsus modo ostēdere ualeas,
 à me iudicij æquitas iubet ut audias, nec un-
 de comprobem querere debes, sed destruere
 quoquo pacto si potes, aut concedere quod
 denegare non uales. Verum licet non me iu-
 dicij censura constringat, non unam sed mul-
 tas super hac re auctoritates inducam. Mo.
 Id ē quod toto desidero animo. Pe. Nosse de-
 bes, q̄a quadraginta annis post Christi mor-
 tem expletis, Hierosolymorū à Tito ciuitas
 fuit destructa. Itē quadraginta annis anteq̄
 destrueretur, portenta & signa in eadem sunt
 uisa, liquido indicantia, quod hæc templi &
 urbis destructio esset futura, quemadmodū
 uestræ doctrinæ libri testantur. Aiunt enim
 quod quadraginta annis anteq̄ subuerteret̄,
 rubra lana quæ hœdi cornibus annectebat̄,
 nequaquā more solito albescebat, cādela quoq̄
 candelabri quæ ad occidentem respiciebat,
 ante consuetum tempus extinguebatur. Val-
 uæ præterea templi nullo tangente cum ma-
 gno,

Iudæorū
 tam diu-
 turnæ af-
 flictionis
 causa quæ-
 sit.

Prodigia
 deuastar-
 tionis Hie-
 rusalem.

gno strepitu sponte sua referabantur. Quas
 cum quidam doctorum uestrorum nomine
 Iohannes filius Zachai sic aperiri sæpe uidis-
 set, ualde cōmotus tandem clamauit, quiesci-
 re: & adiecit, templum, tēplum, profecto co-
 gnoui quod nouissima tua concrematio pos-
 sidebit, sicut & ppheta ait. Aperi libane por-
 tas tuas, & comedat ignis cedros tuas. Cum
 igitur ista prodigia XL. annis ante destructio-
 nem fuerint uisa, & quadragesimo à Christi
 morte anno ciuitas fuerit destructa à Tito, li-
 quido cōcluditur, quod hæc signa à tpe mor-
 tis Christi sint facta. Sed & hoc cum alijs do-
 ctoribus uestris Iohānes intellexit, qd mors
 Christi captiuitatis uobis causa extitit. Non
 aut̄ eam sed maleuolentiā hominum & inui-
 diam causam scilicet causæ, captiuitatis cau-
 sam esse dixerunt, sed uerā causam tacuerūt.
 Inuidia quippe Iudæorum & malitia causa
 mortis Christi fuit, mors autem Christi, cau-
 sa captiuitatis. Mo. Si illum hominem talē
 ut dicis fuisse constaret, & eius mortē nostræ
 tribulationis causam fuisse, nullus ex nobis
 dignus esset uiuere. Tale enim peccatum ma-
 ius est quā deū negare. Qui enim deū negat,
 fidem tantum quam acceperat à se alienat,

Zachai. 18

qui uero dei filiū necat, præter hoc quod dei tatem quæ est inuisibilis denegat, etiam illud superaddit peccatum, quod rem uisibilem quam corporeis conspicit oculis, eam etiam ab animi fide sequestrat, cum id quod uideatur maiorem debeat menti credulitatem afferre, quàm quod non uidetur. Præterea autem eum nostri patres sputis illitū, colaphis cæsum, multis & varijs iniurijs affectū, mortiq; innocenter addictum, cruci affixerunt. Vnde non immerito hoc scelus maius fuit eo quod commiserunt in heremo, cum uitulum scilicet aureū adorarent pro deo. Tunc uero legimus deum uoluisse Israël omnino delere, nisi Moyses pro eis interueniens multo fletu & ieiunio, & oratione, domini irā auertisset, quadraginta diebus & quadraginta noctibus assidui ieiunij maceratiōe se pro eodem peccato affligēs, sicut lex perhibet dicens. Procidi ante dominum sicut prius, quadraginta diebus panem non comedens, & aquam non bibens, propter omnia peccata uestra quæ gessistis contra dominum, timui enim iram & indignationem illius, qua aduersum uos concitatus, delere uos uoluit. Nisi igitur Moyfi oratio interuenisset, de toto popu

Exod. 32

Deut. 9

populo nullus superesset. Cum autem hoc aliud facinus quod criminū quantitatem excedit, dei scilicet filium occidere præsumpissent, nec ullus esset qui pro eis interueniret, nullus itaque debuit uiuere. Vides autem quia ita nō est, sed deus nos & uiuere permittit, & quotidie quantum amat ostendit, cum nobis in conspectu inimicorum nostrorum gratiam præstat, & opibus locupletat, & honoribus exaltat, sicut nobis per os Moyfi prophetæ pollicitus est dicēs: Cum essent in terra hostili non penitus abiecti eos, neq; sic despexi ut consumerentur, & irritum facerē pactum meum cum eis. Ego enim sum dominus deus eorum. Pe. Non rectam de hac re intelligentiam concipis. Neq; enim deus ideo reliquias de uestro uiuere patitur populo, quod de eorum aliquid cogitet commodo, sed ideo tm̄ ut uniuersis gētibus seruiatis, & in oīm oculis improperiū & fabula & maledictio fitis, sicut uobis promisit lator legis dicens. Eris perditus in prouerbium ac fabula omnibus populis, ad quos te introduxerit dominus, & ut fitis toti populo in parabolam, & prouerbium quærentibus omnibus ad inuicem. Quid putas causæ est propter

Leui. 26

Deut. 28

F s pter

Iudæi
Christia-
norū ser-
ui.

pter quod deus gētem hanc ubiq; terrarum dispersam ppetuæ seruituti subiecit, & totalium multatione damnauit: Respondebitq; alter. Ob tale peccatum, quod dei filiū inuidiæ tantum causa occiderūt, ideo in hæc mala deuenerūt. Quod si in ipso tēpore quo peccatum à uobis est commissum totam, Iudaicam progeniem funditus deleuisset multis temporum circulis transactis, culpa obliuioe deleta, à nullo mortalium sciretur, sicq; & infamiæ opprobrium, & malorum euitaretis periculum, sicut & de multis contigit gentibus & regibus, quorum gesta, temporum sunt uenustate deleta. Est & alia causa, propter quam deus Iudaicam noluit perdere gentem. Videbat enim quosdam de semine uestro quandoq; in se credituros, atq; saluandos; & ideo propter eos noluit omnino uestram disperdere stirpē; sicut dicit Esaias. **Quomodo si inueniatur granum in botro, & dicatur, ne dissipet illud, quoniam benedictio est, sic faciam propter seruos meos, ut non disperdam totum. Testimonium autē diuinæ circa uos pietatis qd̄ Moyfi promissum de legis libro protulistis, nō ad præsentē sed ad præteritam respicit Babylonis captiuita-**

Iudaicam
gentē qua
re deus nō
deleuit.

Esa. 65

uitatem, quoniam de ea quandoq; uos erat educitur. **Mo. Qua comprobas auctoritate promissum illud ad solam Babylonis captiuitatem pertinere? Pe. Quoniam in loco ubi promissum hoc fecit deus ad Moysen, si paulisper attendas superiora, eundem Moysen præmisisse inuenies. Tunc placebūt terræ sab-** Leui. 26
**bata sua, cunctis diebus solitudinis suæ, quando eritis in terra hostili, sabbatizabit, & requiescet in sabbatis. Hoc autem eis in Babylonem ductis completum esse Ezras in libro temporum comprobat, dicens inter cætera. Ductus est Israël in Babylonē, & seruiuit regi & filiis eius, donec celebraret terra sabbata sua. Cunctis enim diebus desolatiōis egit sabbatū. In his uerbis liquido apparet, quia de prima captiuitate loquatur. Mo. Auctori- 2. Para. 36
 tas ista meæ nō sufficit dubitationi, quia nō monstrat nos propter hominē illum in hæc decidisse captiuitatem. Pe. Quod euidentius testimoniū queras, uos propter Christi mortem hanc subisse captiuitatem, quam id qd̄ scriptū apud uos legitis, quia scilicet in ipso adhuc captiuitatis exordio, quidam terræ uestrę princeps decē de melioribus toti⁹ Israëlitiçi populi Annaniam scilicet Terradionis-
 lium**

Exo. 21.

filium Simeonem Gamalielis filium, Isma-
hel Helisei filiū, & Achiba ceterosq; captos
in carcerem misit sciscitans, ut quid iustum
uendidissent. Lex em̄ inquit discernit, ut qui-
cunq; Iudæum uendiderit, mortis mulctetur
sententia. Et uos igitur secundum iudicium
legis mori debetis. Dicto decreto, uario dat
corpora leto. Non enim omnes una coher-
cuit pœna, sed singulis singula sunt genera
mortis proposita. Alium uidelicet ignis cre-
mauit, alter ferrei pectinis unguibus lacera-
tus expirauit, alium uero mors quæuis diuer-
sa consumpsit, quemadmodum mortes illas
uestre doctrinæ liber exposuit. Doctores au-
tem uestri huius iusti pro quo illi ita puniti
sunt nomen mutant, in hoc facto de Chri-
sto prorsus conticuerunt. Dixerunt em̄, quia
princeps ille iustum nominans, Ioseph filiū
Iacob quem in Aegyptum uendiderant fra-
tres, intelligebat, eiusq; sanguinem ab eis exi-
gens, propter eum talibus illos affecit suppli-
cijs. Absurdum autem rationi uidetur, ut id
ab eis exigeret, qd ad minus ante mille quin-
gentorum erat factum annorum curricula,
maxime cum temporibus quibus Ioseph ue-
nundatus fuit, nulla lex esset, qua princeps il-
le eos

Gene. 37

le eos mortis reos cōuincere posset. Mo. Ra-
tiones tuæ non mihi sufficiunt, quoniam nō
aliqua eas auctoritate cōfirmas, sed proprio
singis arbitrio, nec inest eis ulla necessitas
qua me ad credendū tibi cogere debeas. Vo-
lo autem ut si uales aliquam de prophetis au-
ctoritatem in medium deferas, qua captiuita-
tem istam propter hominem illum, & eum
Christum esse necessario monstres, nec no-
bis in hac tribulatione posse certum termi-
num esse. Pe. Esaias propheta ait: A finibus Esa. 24
terræ laudes audiuius, gloriam iusti. Hæc
uerba, iusti huius laudes ubiq; terrarum fuisse
ostendūt. Nullius autem hominis iusti lau-
des tantas fuisse unquam audiuius, ut usq;
ad fines terræ peruenirent. Cui iusto quia tri-
bulationes quas sine causa passurus erat præ-
uidebat, his compatitur uerbis dicens: Væ Esa. 24
mihi præuaricantes præuaricati sunt, præua-
ricatione transgressorum præuaricati sunt.
Præuidens enim propheta, quas prophetis
dei aduentum prænunciantibus tribulatio-
nes illaturi essent, ait. Præuaricantes præuari-
cati sunt, intuitus autem, quia nec membris
contenti, ipsum etiā caput inuidia pleni qui-
buscunq; possent modis essent oppressuri, &
secun-

secundum corporis passibilitatem occisuri, præuaricationis nomen ingeminauit, ita subijciens, præuaricatione transgressorum præuaricati sunt. Sed quia pro hoc peccato poena plectendi essent, dictante spiritu præsciens, ilico subsungens ait: Fortitudo & fouea, & laqueus super te, qui habitator es terræ. Inter cætera quoque de eadē gente ait. Grauabit eā iniquitas sua, & corruet, & non adijciet ut resurgat, ubi uidelicet certum uobis terminū euadēdi captiuitatē funditus depressit. His cōsona dominus per eundē prophetā in alio loco posuit dicens. Nunc ingressus scribe super buxum, & in libro diligēter exara illud, & erit in die nouissimo in testimoniū usque in eternū. Populus enim ad iracundiā prouocās est, & filij mendaces, filij nolentes audire legē dei, qui dicunt uidentibus, nolite uidere, & aspicientibus, nolite aspicere nobis ea quæ resecta sunt. Auferte à me uiam, declinate à me semitam, cesset à facie nostra sanctus Israël. Buxus lignum durū est, & imputribile. Ideo autem in buxo scribi, et in libro diligēter præcepit exarari, ut in eternum duraret, et usque in nouissimū diem in testimoniū incredulitatis suæ, et opprobrium permaneret. Per hoc

Esais 10.

hoc etiam quod ait, erit in nouissimo die, & cætera innuit, quia usque in nouissimum diem perseueraret error Iudæorum. Quid autem & quare scribi debeat, utrunque in uno uersu insinuat cum dicit: Populus enim ad iracundiā prouocans est, & filij mendaces, filij nolentes audire legē dei. De qua lege dei dixit? Si enim de lege dei quam per Moysen dederat dicere uellet Propheta, nolentes audire legem dei, cum iam illam frequēter audissent, utique non diceret hoc, sed nolentes implere. De lege ergo quā daturus erat Christus intelligebat, de qua quod eā audire nollent, Propheta iam præsciebat. Quod autē intulit, quod dicunt uidentibus nolite uidere, & aspicientibus nolite aspicere nobis ea quæ resecta sunt. Auferte à me uiam, declinate à me semitam, hoc quidē addidit propter Iohannē filiū Zachariæ Christi præcursorē, & cæteros qui Christū non solū uenturū prædixerunt, sed etiā digito ostēderūt, quibus Iudæos non esse prænoscebat credituros, sed huiusmodi uerba dicturos. Quod autē in sequentibus dicunt prætereundū nō est. Dicunt enim: Cesset à facie nostra sanctus Israël. Quis nā est iste sanctus Israël? Nunquid deus uisibilis est, ut de eo dicerent, cesset à facie nostra, aut de re inuisibili dici

Ioēs Bapt.
Christi præ-
cursor.
Ioan. 1

Christus
Sanctus.
Israël.

dici potest, quod ab humana facie cesset, cū ab ea uideri non possit: Si ergo queras deum qui possit uideri, non inuenies nisi Christum. Ipse enim & unus cum patre est deus, & tamen per humanitatem apparuit mundo uisibilis. Cum autem tot eorum præuarcationes præmississet, uindictam ipsius peccati subintulit dicens. Pro eo quod reprobastis uerbum hoc, & sperastis in calumniâ & tumultum, & innisistis super eo, propterea erit uobis iniquitas hæc sicut interruptio cadens, & requisita in muro excelso, quoniam subito dum non speratur ueniet contritio eius, & comminuetur sicut conteritur lagena figuli contritione præualida & non inueniebam de fragmentis eius testa, in qua portetur igniculus de incendio, aut hauriatur parum aquæ de fouea. Verbum dei Christus est. Qui ergo reprobat Christum, utiq; reprobat & uerbū econuerso. Puniti itaq; quia dei reprobauerunt uerbum, puniti concluduntur quod reprobauerunt Christum, & cōfisi sunt in uerbis doctorum suorum. Contritio autem pro isto eis euentura peccato, quàm sit dura consideranda. Eueniet enim inquit eis interruptio subita, ideoq; magis nociua, & de muro excelso, quia

Ioan. 10
Ioan. 1
Titi 3.

Esaia: 30

Ioan. 1

Iudæorū
contritio
nē durissi-
mam Esa-
ias descri-
bit.

so, quia quodlibet tanto magis conteritur in imo, quanto de celsiori ceciderit loco. Comparatur etiam lagenæ figuli comminutæ, cōtritio ista, tantaq; ut dicitur erit quod de eius contractione nec testa remanebit. Omnis quippe uasis fractura, solidari, & in aliquod opus utile potest redigi, testulæ autem uas sic confringatur contritione ualida partes eius ad nihil utiles esse possunt, & quo magis testa quassata durat, tanto semper augetur fractura. Cum itaq; tali testæ eorum contritio comparetur, quæ nec ad ignem de incendio tollendum, nec ad aquam de fouea hauriendam ualeat, aperte datur intelligi quia uestra captiuitas in tãtam uenit deiectionem, quod nunquam in pristinam redibit libertatem. Quod autem propter quosdam qui quãdoq; in Christum credituri sunt, ideoq; saluandi, deus uestrum seruare uoluit semē, ideo Propheta sub descriptione gratiam benedicti subintulit dicens: Quomodo si inueniatur granum in botro, & dicatur ne dissipet illud quoniam benedictio est: eodem modo se minime uos disperfurum promisit cū dicit: Sic faciam propter seruos meos, ut nō disperdam totum. Quare autem hoc promiserit

Esa. 65

G serit

Apostoli
montes di-
cuntur.

Esai. 65

ferit ilico aperit dicēs: Educam inquit de Ia-
cob semen, & de Iuda possidentem montes
meos, & hæreditatē meam, electi mei & ser-
ui mei habitabunt ibi, montes uidelicet apo-
stolos appellans, qui ut montes excelsi toti
mundo sunt conspecti, licet in sequentibus
montem sanctum singulari numero prola-
tum intelligat Christum, electos autē & ser-
uos, sanctos quoslibet alios uocans, propter
quorum futuram saluationē uos estis reser-
uati. De his autē qui non sunt credituri, quā
subijciat sententiam audi. Vos ait qui de-
reliquistis dominum, qui oblitus estis montē
sanctum meum, qui ponitis fortunę mēsam
& libatis super eā, numerabo uos in gladio,
& omnes in cæde corruetis, pro eo quod uoca-
ui & non respondistis, locutus sum & nō audi-
stis. Increpata yō eorū omniqtate hoc mō cō-
demnat eos & aliter scilicet laudando suos fi-
deles, & increpando infideles, his uerbis. Pro-
pter hoc hæc dicit dominus deus. Ecce serui
mei comedent, & uos esurietis, ecce serui mei
bibent, & uos sitietis, ecce serui mei lætabun-
tur, & uos confundem ini, ecce serui mei lau-
dabunt præ exultatione cordis, & uos clama-
bitis præ dolore cordis, & præ contritione spiri-

spiritus ululabitis, & dimittetis nomen ue-
strum in iuramentum electis meis. Et quia
omnibus his malis transactis aliqua adhuc
spes euadendi captiuitatem, non posset esse
residua, adiicit aliud quod eis totum fiducia
tollat solatium. Dicit enim: Interficiet te do-
minus deus tuus. Qui interficitur nequaquā
ulteri⁹ quod fuerat reparatur. Qui igitur in
infidelitate permanebūt, reparari non pote-
runt. Hoc de infidelibus dicto, de credituris
subijcit ita. Et uocabit seruos suos nomine
alio. Cum enim serui fuerint Christi, à Chri-
sto dicentur Christiani. Quod autē sequitur,
& dimittetis nomen uestrū in iuramentū ele-
ctis meis, tale est ac si diceret. Iurabunt electi
mei in nomen uestrū, sicut hodie usq; à Chri-
stianis iurando dicit, cū aliquid quod nolunt fa-
cere rogant. Iudæus sim ego, si faciam. Idem
ipsum Amos ppheta apte cōprobat dicens.
Audite uerbum istud quod ego leuo super uos,
planctū domus Israel. Cecidit, nō adiiciet ut
resurgat uirgo Israel. Proiecta est in terram
suā non est qui suscitaret eam. Item ipse alibi.
Venit finis sup populū meū Israel, nō adiiciā
ultra ut pertranseam eum. Quod utrunque,

Actu. 11

Iudæ⁹ sim
ego si fa-
ciā, iura-
mentum a
Christianis
norum.
Amos 5

Amos 3

tollit. Ipse etiam hoc malum uobis propter Christum euenisse confirmat dicens. Hæc dicit dominus deus: Super tribus sceleribus Israël, & super quatuor non conuertam eum, pro eo quod uiderit iustum, & pauperem, pro calciamenti. Hoc in loco quatuor pro quarto posuit, idemque fuit dixisse super quatuor, quam si dixisset super quarto. Huic simile Salomon perhibet. Ait enim, secundum quod Hebræorum libri testantur. Tria sunt difficulta mihi, & quatuor, quæ penitus ignoro. Si tria hic per se, & quatuor per se intelligere uelis, septem fient. Ipse autem non nisi quatuor numerat, quæ se ignorasse insinuat. Ergo oportet ut quatuor pro quarto accipiamus. Sic & in hoc propheta est accipiendus. Hoc autem quartum scelus est, ut illico subdit, quia uendiderunt argento iustum. Quem scilicet iustum, Christum intelligi conuenit. Mo. Idonea & digna laude huc usque dixeras omnia, nisi hanc introduxisses auctoritatem, quæ nulla consistit ratione, præcipue cum multa contra hoc obijci possint aduersa. Plures enim ante te ueteres hunc eundem uersiculum contra Iudæos in testimonium protulere frequenter, sed nulla tutari potuerunt ratione. Sed te

Amos 2.

Prouer. 30

Iustus Christus dicit, qui uentus est argento.

prudentem uirum maxime miror tam uile introduxisse rationem, quæ nullius firmitatis fundamento insidar præsertim cum omnia quæ contra hoc dici ualeant, ipse optime scias. Pe. Considerans omnes qui ante me hanc in Iudæos recte quidem induxisse auctoritatem, sed Iudaicas obiectiones non sufficienter nec aperte destruxisse dicuntur, ex industria in præsentem loco eandem induxi, ut omnes quæ fieri possunt obiectiones ut melius poteris facias, & earum destructionem mutata uice suscipias. Mo. Hoc primum uerbis recte obijci potest, quia dicens propheta super tribus sceleribus, statim subiunxit, ostendens quod Israel tria illa peccata commiserit, Christum autem quem uos intelligere uultis, non Israel sed Iuda occidit. Pe. Nullum tua obiectio ingerit impedimentum mihi, cum omnia frequentissime testentur uolumina pro Iuda Israel poni. Mo. Ut asseris ita esse non ambigo. Sed cum peccatum Iuda supra retulerit, & consequenter Israelis peccatum subiunxerit, satis innotescit, quod peccatum Israel à peccato Iuda aliud sit. Pe. Nec hoc meæ obstat rationi. Peccatum enim quod tantummodo Iuda fecerat, peccatum Iuda appellat, quod autem Iuda simul

Amos 2.

Israel fecit pro Iuda ponitur.

G 3 fecit

fecit & Israel, peccatum uocatur Israel. Mo. Cum Israelis populus totus per omnes terras diuisus, Hierusalem terram nequaquam incoheret illis temporibus, quo non modo mortis Christi haberi potuit reus? Pe. Nunquidnam negas cum Iuda magnam filiorum Benjamin et Leui partem tunc Hierosolymis fuisse? Mo. Quod certum omnibus est, negare quis audeat? Pe. Iure igitur pars totius debet suscipere nomen. Est & alia non inferior causa quia uidelicet Israel populus licet tunc morti non corpore praesens adfuisse, audito tamen quod eorum fecerant socij, confortes culpae, laudatores & consentanei, & participes omnino facti sunt uoluntatis. Voluntas itaque eis pro facto est reputanda. Mo. Et si ut dicis ita esse concedam tamen quod liber ait, quod pro iusto uendito hoc eis acciderit, ad Israel posse pertinere non uideo. Ipsi enim Christum quem dicis, non uendidisse, sed tantum ad Iuda Scarioth leguntur emisse. Pe. Obiectio tua nulla rationis innititur anchora, quia qui ut Christus uenderet, consensum auxiliumque adhibuerunt, non minus quam si ipsi uendidissent, scelus incurrerunt. Neque enim & Salomon idola fabricauit, sed quia uxoribus & concubinis fabricantibus assensum praebuit, eum fabricasse

Voluntas
pro facto
reputat.

Matt. 26
Lu. 22
Mar. 14

Rom. 3

3. Reg. 13

casse litera dicit. Mo. Licet in supradictis uerum fatear te dixisse: nulla tamen necessitas me cogit concedere, hunc iustum Christum intelligi oportere, cum Ioseph sano intellectu debeat accipi, quem fratres sui triginta argeuteis uendidere. Pe. Si Ioseph uoluisset intelligi Propheta, per iustum, non quantum sed potius primum dixisset peccatum. Illud enim prius commiserit delictum, propter quod postea Pharaonis sunt passi durissimum iugum. Sed cum poenitentia peracta, iam sint liberati a poena, quare de indulto rursus criminantur peccato? Mo. Et si defendere nequeo de Ioseph hoc dictum fuisse, attamen de alio quolibet iusto dictum esse possum asserere. Pe. Indignum nec rationale esse uidetur, ut cum tantum crimen sit quod indulgentia nulla sequatur propter quod diuina sententia in totum Israelis deficiat populum, illius celestis ac ignoret persona, in quem illud fuit admissum, in super cum reatus iste in Hebraeo sermone, tali describatur uocabulo, quale imponitur illi qui negauerit deum. Venditio autem Iudaei, non aequatur negationi dei. Sed ipsi rati ac tantum uendidere hominem Christum uidelicet filium dei, quod in culpa sunt pares deum

EXO. 1. 2a

G 4 negat

Pctā qua-
tuor qui-
bus Iudæi
deū nega-
uerunt.
Gene. 32.

3. Reg. 12.

2. Para. 36.

Esaia 53.

2. Pet. 2.

negantes. Mo. Quatuor uolo ostendas peccata, quæ omnia pateant ad deum negare esse æqualia. Pe. Quod liber tacuit ego nescio aperire, sed forsitan primum fuit peccatum, cum in heremo uitulum conflatile pro deo adorarunt, in quo facto satis uerum deum negauerunt & quia hoc peccatum ab omnibus est perpetratum ideo commune fuit omnium. Secundum est in quo & deum similiter negauerunt, & omnes communiter peccauerunt, quādo uidelicet Ieroboam uitulos similes fabricauit, & ab omnibus adorari cōstituit. Tertium autē cum dei prophetas uer si eadem uoluntate occiderunt, & eorum dicta contempserunt. Quartum uero quod maius omnibus est, & grauius quod nec ueniale dicitur esse, quādo Christum dei filium & hominem ab omni peccati contagione alienū, inique uendiderunt, & iniusta condēnauerunt nece. Ecce in hac autoritate quam aduersum te induxi, cuncta quæ obijcere poteris nullo stare uigore pbauī, & Christo rationabiliter cōuenire conclusi. Hac igitur & omnibus supradictis autoritatibus in in-conuulsa firmitate fundatis, probatum indubitanter arbitror esse, tam longeuam hanc captiui-

captiuitatē ob Christi mortem, & maleuolentiam euenisse. Concluso autem quod propter Christum sit captiuitas facta consequitur, quod & uos de ea non exhibitis, donec patrum uestrorum in uobis peccatum emēdabitis, idem quod non crediderunt credetis. Mundata uero mente cuiusq̄ à culpa, confestim eum consequetur pietas diuina. Quod etiam quidam doctorum uestrorū subtilius & occultis uoluit exprimi uerbis, si uestre illud penetrasset duritia mentis. Interrogatus enim quando filius Dauid esset uenturus, hodie ait, si uerbis credideritis eius. His enim uerbis intelligi dedit, quod quicumq; quauis hora mandatis Christi obediēs, & credulus fuerit, ilico dei filius ad eum accedit. Manifeste etiā & liquido tibi credo patere: quęcunq; ego uestrorum librorum probaui testimonio. Mecum igitur frater eiusdē Christi misericordiam implora, ut totius falsitatis errore sublato tuæ mentis oculis uere fidei & totius bonitatis splendorē pariter & amorem infundat, & rectam fidem in futuro digna mercede compenset, ut per eam de captiuitate exeat. Amen.

Matth. 8
Esa. 1

Ioan. 1

F I N I S.

G S TITV.

TITVLVS

TERTIVS DE STVLTIA IV.

dæorum confutanda credulitate super
mortuorum suorum resurrectione,
quos credunt & resurrecturos
esse, & iterum terram incolere.

MOYSES.



QVOD ad præsentem pertinuit titulum, quæ scilicet nostræ tam longæ captiuitatis fuerit causa, quæ modo eã ualeamus effugere, et cuncta quæ de ea oportuit dici, inexpugnabilibus & euidentissimis probasti rationibus, nec quid de ea ulterius aut dubitandum aut quærendum sit uideo, unde ut ad alta transeamus, prout superius sunt in ordine digesta exopto. Qd̄ igitur in libri nos exordio errare dixisti, eo qd̄ post captiuitatis euasione, inuisitatũ nobis miraculũ, scilicet mortuos qui denuo terras inhabitarent resuscitari à deo crederemus, quare in hac fide errare tibi uideamur, precor aperias. Pe. Hoc miraculum uosmet asseritis esse præter usum. Quicquid autem præter consuetudinẽ

euenit

TITVL. III. 107

euenit, sine auctoritate aut ratione, antequam eueniat non debet credi. Errorem igitur iudico credere, quod nulla potes auctoritate probare. Mo. Hoc sane multis auctoritatibus probare ualeamus. Moyse enim hoc probatur testimonio, dicentis ad populum Israel: Videte quod ego sim solus, & non sit alius deus præter me. Ego occidam & ego uiuere faciam, percutiam & ego sanabo. Cũ ergo deus se occisurũ promittat, & uiuificaturũ, quare tibi fides nostra super hac re uideatur abijcienda? Pe. Auctoritas ista à rationis exorbitat semita. Hoc enim uerbum ad ostẽdendam suam omnipotentiam dixit, non qd̄ ipse uestros mortuos suscitaturus sit. Mo. A die qua deus hoc se facturum promisit, usq; in præsentem diem, concedis eum aliquando hæc fecisse miracula? Pe. Omnia utiq; fecit. Ipse enim Mariam sororem Moyse propheta, Iob, Ezechiam, Naaman, & alios quã plures cum uoluit percussit, cum uoluit sanauit. Item ipse in una nocte omnia primogenita Aegypti interfecit, & sub unius noctis spacio in castris Sennacherib. CLXXXV, militia occidit. Sed idem e contrario in manu Helisei, in manu uiduæ, in manu autem Helisei,

Deut. 32

Terram
Iudæi de-
nuo inha-
bitare post
resurre-
ctionem
sperant.

Num. 12

Iob. 1. 2.

4. Re. 20.

4. Re. 5

Exo. 12

4. Re. 19

3. Re. 17

4. Re. 4

Suna-

Sunamitis filium suscitauit. Mo. Quando-
quidem eum iam fecisse hæc credis miracu-
la, quid te credere prohibet eum adhuc quan-
doq; facturum eadem ipsa? Pe. Omnipoten-
tem mortuos suscitare posse non nego, quin
omnes homines in die iudicij ab eo resuscitā-
dos & confiteor & credo, sed quod adijcitis,
quia scilicet denuo terras inhabitaturi sint,
non credo. Mo. Nec hoc tibi contra fidem ef-
se debet uideri, cum ab Helia uel Helisæo re-
suscitatus, postea longam uitā duxerit, uxore
rem habuerit, filios genuerit, & pristina hu-
manæ uitæ cuncta officia impleuerit. Pe. Ve-
rum est & bene potuit esse, uel per miraculū
uel per precem sancti uiri, quia corpus non-
dum erat dissolutum, quamuis etiam nequa-
quam crederemus, nisi testimonium super
hoc propheticum haberemus. Verū ea quæ
contra usum contingere solent, fides homi-
num suscipere facile non solet, nisi talium cō-
firmetur auctoritate prophetarum, quibus
omniū fauor applaudit auditorum, & ut ea
ipsa apertissime loquantur propheta. Hoc
autem nullus aperte pronūciauit propheta.
Sed cum uestri hoc dixerint doctores, nemo
tamen ex his qui ante Christum fuerūt istud
prædi-

1. Cor. 15
Ioan. 5. 11
Matt. 24

3. Re. 17

4. Reg. 4

prædixit. Sequaces autem errorem hunc in-
uenere ut Iudæorum gens in sua persisteret
infidelitate. Mo. Et si doctores nostros sedu-
cendi causa finxisse hæc astruis, quid de pro-
phetis idem facientibus respondebis? Ait em̄
Esaias: *Viuent mortui tui, interfecti mei re-
surgent. Expergiscimini & laudate qui habi-
tatis in puluere.* Pe. Verba hæc nequaquam
ostendūt mortuos uestros ad inhabitādum
terram resuscitari, quoniam si diligenter qd
dicitur attendamus nec mortuorum resurre-
ctionem ibi patenter præsignatam inuenie-
mus. Alioquin sibi met propheta contrarius
esse uidebitur, cū in superioribus dixerit, mo-
rientes non uiuent, gygantes non resurgent. *Esaiæ 26*
Quod igit & à naturæ usu dissentit, & ipsi p-
pheta contrarietatem ingerit, nequaquam
secundum libitum uniuscuiusque ad sensum
naturæ cōtrarium debet exponi, cum aliter
sano sensu possit intelligi, nisi necessaria ratio
ita cōegerit accipi. Mo. Audire delectat quo-
nam alio modo uersus huius sententia iuste
queat intelligi. Pe. Duobus modis uerbū hoc
intelligi potest, uidelicet ut uel de extremi iu-
dicij suscitatione dictum credatur, uel resu-
scitationis nomine captiuitatis euasione
signi-

significauerit, Hic autem sensus magis ad li-
terā pertinere uidetur, cum paulo superius
propheta suæ gentis captiuitatem & afflictio-
nem defleuerit statimq; diuinę promissionis
& pietatis solatium intulit dicens: *Viuent
mortui et reliqua.* Nec hęc euasione quolibet
in certo tempore, sed post modicum temp⁹
euenturam insinuat dicens: *Vade populus
meus intra cubicula tua, claude ostia tua su-
per te, abscondere modicum ad momentū,
donec pertranscat indignatio.* Hęc ad capti-
uitatem congruenter referuntur. *Mo.* Nun-
quid nam aliquid tale in uerbis Danielis ob-
ijcere poteris? *Ait em̄:* Multi de his qui dor-
miunt in terrę puluere uigilabunt, alij in ui-
tam æternam, alij in opprobrium ut uideant
semper. *Pe.* Tanto longius auctoritas hęc à
tua discrepat intentione, quanto euidentius
de ultimo iudicio intelligitur dicta fuisse. In
illa enim resurrectione, ibunt uel in uitam
æternam uel in æternum opprobrium. *Mo.*
Inuenies ne aliquid quod cōtra Ezechielem
prophetam dicere possis? *Qui cum plures
mortuos diuina suscitasset uirtute, de futuris
quoq; his uaticinatus est uerbis.* Hęc dicit
dominus deus: *Ecce ego aperiā tumulos ue-*

Esaia 26.

Daniel. 12

Ioan. 5
Matth. 25
Gala. 6.

Ezech. 37

stros

stros, & educā uos in terram Israel. Et post
pauca. Et requiescere uos faciam super hu-
mum uestram. Ecce & mortuos suscitā-
dos, & terras suas inhabitaturos apertissi-
me propheta atq; indubitanter ostendit. *Pe.*
Hoc prius debemus discutere, ut scilicet qua-
li eos suscitauerit modo ualeamus agnosce-
re, uidelicet utrum post suscitationem om̄ia
humani corporis officia expleuerint, nec ne.
Nam & hoc plerisque in dubium uenit.
Mo. Ut nostri testantur doctores, non per
somnia sed uigilans eos exurgere fecit. Et ut
hoc magis uerum esse innotescat, ipsos om̄es
mortuos quos ipse suscitauit de effraim tri-
bu perhibet fuisse, quos in egressione populi
de Aegypto dicitur obisse in Philistinorū re-
gione. Hęc autem suscitatio signum fuit fu-
turæ ut quemadmodum illi omnes sunt per
eum suscitati, sic & reliqui uniuersi quandoq;
credantur suscitandi. *Pe.* Quomodo illis ue-
ram & perfectam contulit resurrectionem,
cum animam nequaquā illis reddiderit ra-
tionalem? *Moy.* Qualiter eos non rationa-
lem recepisse animam contendis, cum idem
Propheta ex dei præcepto ad spiritū uatici-
net talibus uerbis? Hęc dicit dñs, *A quatuor*

Ezech. 37.

uentis

uentis ueni spiritus, & infla super interfectos istos & reuiuiscant. Et prophetaui sicut praeceperat dominus, & ingressus est in ea spiritus & uixerunt, steteruntq; super pedes suos exercitus grandis nimis ualde. Pe. Spiritus hic qui à quatuor uenire uentis iubetur, nequaquam rationalis est anima, sed quæ ex quatuor elementorum fit coniunctione. Mo. Ex uerbis tuis intelligitur, aliud esse spiritum corporalem, aliud animã rationalem. Quod si ita est, tunc & eorum opera sunt diuersa. Pe. Ita esse nemo sanum sapiens dubitat. Mo. Vtriusque differẽtiam audire desidero. Pe. Spiritus corporalis, corpus quidem leuissimum est & subtilissimum, quod in hominis corpore ex quatuor elementorum fit cõiunctione, & ex eo loco in omnes spargitur uenas, ipsiq; corpori tribuit uitam, & halitũ, & arterijs assiduum pulsus, & naturalẽ hominis motum, hoc cum corpore quod uiuificat simul eorum rumpitur. Est autem rationalis anima substantia per se subsistẽs incorporea uoluntario motu moueri faciens corpus, ipsa tamen immobilis permanens, corpore quoq; cui inheret corrupto, incorruptibilis existens, generi etiam adiuncta speciem homi-

Spiritus
& animæ
differẽtia.

hominis ipsa perficiens. Mo. Memini multos ante nos dixisse animam rationalem ex quatuor elementorum coniunctione creari. Quæ coniunctio cum subtiliter sit nihil densitatis habens in se, dixerunt animam subtile esse, si uero obscuritatis aliqd habeat, & spissitudinis, dixerunt animã segnem esse & obtusam tali illud argumento probantes. Ex adiunctione (inquiunt) quarundam rerũ talia gigni sæpe uidemus, colores scilicet, uirtutes & opera quæ de nulla illarum si disiuncte singillatim accipiuntur proueniunt. Similiter quoq; igne & aëre, aqua, terra pariter iunctis, rationalis producitur anima, quæ tamẽ si queratur in singulis, non inuenitur manifesta. Pe. Si ex corpore quatuor elementorum cõiunctione perfecto rationalis nascitur anima, debet ergo deficiente corporis robore animæ uirtus deficere. Si autem uirtus animæ, cum corporis deficit robore: sequitur ergo ut inchoate corporei uigoris dissolutione, pariter dissoluatur et uirtus animæ. Quod si concedatur corrupto corpore anima etiã corrumpi concluditur. Mo. Rectus ordo cõsequentia sic euenire demonstrat. Pe. Sed argumenti conclusio oculorũ fidem impugnat.

H Sæpe

Sæpe enim contingit, quanto magis corpus debilitat & morti appropriat, ut tãto magis conualeſcat anima, ueluti aliquotiens multis infirmis solet accidere, ut quanto morti proximior est, tanto perspicaciori mētis acuminē plus solito recordetur, & cuncta prouideat, et in ipso quo melius anima uigeat, momento homo intererat. Cum autem tanta ut dixi perspicacia uigeat anima, tunc omnia languentis corporis plus decreſcunt officia. Inuenimus præterea senes plerosq; cum ad talem peruenerint senectutem, ut nulla sit in eis fortitudo corporea, tunc pollere consilio animam & omni sapientia. Hinc itaq; euidentis colligitur ratio, quod nequaquam de elementorū copula rationalis prodeat anima, sed sicut superius diximus, sit per se subsistens substantia. Quicquid enim unū numero existens & in sui natura immutabile permanēs, cōtrariorū est susceptibile, substantia est utiq; per se subsistēs. Quā igitur aīa una est numero, ueluti Platonis, Socratis, siue cuiuslibet unius hominis anima, nec in sui natura ulla tenus permutat, sed boni maliq; est susceptibilis, restat necessario ut sit per se subsistens substantia. Hoc autē mō probat qđ non sit corporea

Anima perspicaciori mentis acuminē recordat hominē morti proximior.

Senes prudentes.

Anima descriptio.

corporea. Omnis corporis qualitas humanis subiacet sensibus. Cuiuscunq; autē rei qualitates nulli corporeo subiacēt sensui, nec corporea est ipsa dicēda. Qualitates autē aīæ bonū sunt & malum, quæ nullo corporeo percipiuntur sensu. Anima igitur non est corporea. Itē idem alio sic probat argumento. Omne corpus aliquo corporeo percipit sensu. Anima autē nulli subiacet corporis sensui. Non est ergo corporea. Hęc etiā aīa corrupto corpore nō corrumpit. Corporis nāq; corruptio tribus modis fit, uel cū qđ marcescit & areſcit, ut in arboribus uidemus, & herbis, uel cū detrimentū sui patit, ut sal uel foenū cū de loco ad locū mouet, uel cū dissoluit, ut domus cū destruit, uel aliqđ uas cū frangit. Nulla autē harū fit nisi uel in corpore, uel in re qđ corpori accidit. Sed aīa nec corp⁹ est, nec fundat in corpore. Nullo itaq; horū mō corrūpit. Præterea hæc ipsa rōnalis aīa hoīs speciē cōplet, quā ipsa rōnalis efficit hoīem. Mo. Quid spūs corporalis à rōnali differat aīa, patenter agnoui. Sed quā philosophi dicūt in hoīe tres esse animas, postulo ut qđ nam hæ sint aperias. Pe. Tres illas quas dicunt aīæ, sunt anima uegetabilis, anima bestialis, anima rationalis. Mo. Harum

Corporis corruptio fit tribus modis.

Anima uegetabilis, bestialis, rationalis.

H 2 singula

singularum opera & officia ut dicas exposito. Pe. Ab imis ad superiora gradatim ascendere libet. Vegetabilis animæ duo sunt officia. Facit enim rerum incrementū, & corporibus ipsis præstat nutrimentum. Hoc autem utrunq; nõ facit nisi per quatuor nature uirtutes, appetitiuā scilicet retentiua, digestiua, & expulsiua. Et hæc anima in omnibus inuenitur uirgultis de terra nascentibus, & uniuersis animalium speciebus. Officia autē bestialis animæ, ʒre sunt corporis sensus motus etiam de loco ad locum. Hæc autē in animalibus tātum reperitur, & hæc anima cum spiritu corporali quasi quibusdam nexibus cōiungitur. Rationalis autem animæ hæc sunt officia, meditari, meditata recordari, discernere, fixum aliquid ac certum firmare, memoriam habere, & uelle rerum causas discutere, & discussis ad rei ueritatem peruenire. Hęc in nulla animalis specie, nisi in solo permanet homine. Moy. Quali modo istæ tres animæ in uno conuenerint homine: duæ uero in irrationabilibus animalibus. Tertia autem sola in omnibus de terra nascentibus, & ignoro, & uehementer admiror. Pe. In quorundam philosophorū libris legi, quod cum rerum

Rationalis animæ officia.

rerum placuit creatori, animantiū omnium atq; uidentium procreare corpora quatuor in unum commiscuit elementa, & eorū qualitates aliam sua temperauit contraria & ex illa cōmixtione procreata sunt corpora supradicta. Ex qualitatū uero temperantia quatuor prouenerunt nature, quas prædiximus uirtutes, appetitiua scilicet, retentiua, digestiua, & expulsiua. Corporibus autem huiusmodi procreatis omnibus quidem uegetabilis adhæsit anima & sua in eis exercuit officia, crescendo scilicet nutriendo & generando. Subtilioribus autem bestialis iuncta est anima, ut sua in eis exhibere posset officia, præstando scilicet sensum & motū de loco ad locum. Quod autem ex eis omnium subtilissimum, leuissimum fuit & temperatissimum, & ad suscipiendam rationem aptissimum illi se rationalis aīa sociauit & illa sua quæ prædiximus officia ibi exhibuit. Hoc itaq; modo iuxta uoluntatem dei ac dispositionē, tres illæ animæ omnes conuenerunt in homine, in animalibus irrationabilibus solummodo duæ. Tertia autē sola in arboribus & herbis quæ nascuntur de tellure. Mo. Bene tui gratia quod ignorabam ostendisti, sed unum restat

H 3 quod

quod mihi postulo aperiri. Cum enim corpora omnia de quatuor sint elementis composita, uehementer admiror quare alia alijs existant leuiora. Pe. Hoc contingit siue ex diuersitate quantitatium elementorum, in corporum creatione inaequaliter adiunctorum, & ex diuersitate temperantiae qualitatum eorum. Quod si largius nosse desideras, in libris inuenies philosophorum, quia ad praesens de huiusmodi re explananda, nec tempus habemus, nec locum, ad nostrum potius est nos redire propositum. Mo. Huc usque satis philosophice tractasti, quod distantia sit inter spiritum corporalem, & animam rationalem. Sed quam minus doctorum simplices mentes subtilium rationum profunda non penetrant, eandem differentiam legis aut prophetarum quae si uales testimonio proba, ut quorum profundarum rationum grauitas non illustrauit mentem, eis saltem auctoritas faciat fidem. Pe. In exordio libri Geneseos Moyses ait propheta. Formauit deus hominem de limbo terrae, & inspirauit in faciem eius spiraculum uitae, & factus est homo in animam uiuentem, per spiraculum scilicet uitae spiritum corporalem, per animam uero uiuentem, rationalem intelligens animam. Mo. Per spiraculum uitae rationalem animam nos intelligere possumus. Pe. Quod dicis stare non

Gene. 2

re non potest. In eodem enim libro, in sequentibus scriptum est: Consumpta est omnis caro quae mouebatur super terram, uolucrum, animantium, bestiarum atque reptilium quae reptant super terram, uniuersi homines, & cuncta in quibus spiraculum uitae est, in terra mortua sunt. Ecce enumeratis uolucris, animantibus bestiarum atque reptilibus, siue hominibus, subito intulit, cuncta in quibus est spiraculum uitae mortua sunt. Si igitur per spiraculum uitae animam intelligi uoluerit rationale, iam cuncta rationale animam habent. Sed cum nulla creatura praeter hominem rationale habeat animam, constat quia per spiraculum uitae nequaquam rationalem significauerit animam, Salomon quoque sapientissimus idem sentiens ait: Quis nouit si spiritus filiorum Adam ascendat sursum, & si spiritus iumentorum descendat deorsum? Ecce spiritum hominis quam post corpus incorruptibilis permanet, sursum ascendere, spiritum uero iumentorum qui cum corpore simul corrumpitur & interit, deorsum descendere perhibet. Mo. Aliud rationale animam, aliud spiritum corporalem esse ex omnibus partibus manifeste cognoui, ipsumque spiritum corporalem de quatuor elementorum coniunctione fieri. Spiritum ergo quem Eze

Gene. 7.

Eccle. 9

Ezech. 37 chiel propheta à quatuor mūdi partibus ex dei iussu uenire præcepit, spiritum corporalē intelligi debere cognosco, & de mortuis q̄s suscitauit quod rationalem animam receperunt, licet sic à multis credatur, nullam confiteor auctoritatē reperio. Ipsam tamen quoquo modo facta fuerit resurrectionem, signū futuræ resurrectionis, & dico & credo fuisse, quod deus scilicet nostros quandoq; qui denovo terras inhabitent resuscitaturus sit mortuos, quemadmodum idem propheta superius ostendit dicens. Et scietis quia ego dominus cum aperuero sepulchra uestra, & eduero uos de tumulis uestris populus meus, & dederō spiritum meum in uobis, & uixeritis, & requiescere uos faciam super humum uestram. Pe. Hoc sane potuit dici de mortuorum resuscitatione in die iudicij. Mo. Si de illo intelligi uolebat iudicio, non debuerat in sententiæ sine dicere, requiescere uos faciam super humum uestram. Tunc enim nemini super terram suam requiescere, licitum erit. Pe. Requies ista hoc modo accipi potest, ut animam significet requiescere in corpore, quod non immerito terræ nomine de qua sumptum est exprimitur, teste insuper scriptura

Propheta
rum dicta
Iudxi cor
poraliter
intelligunt.

ptura, quæ frequenter illud nomine terræ appellat. Ait enim Moyses: Formauit deus hominem de limo terræ. Ecce homo cum quatuor elementorum sit coniunctione perfectus, de terra tantum quæ est unum elementum dicitur factus, sed non inconuenienter, quia terræ nomine significat corpus. Intelligere possumus ergo quod dicit, faciet eos requiescere super humū suam, quod anima redibit ad corpus, & iudicabitur utrunq;. Hic autem sensus in illius prophetiæ explanatio nesano intellectu concipi potest, ita ut nec scriptura aliqua uel ratio ulla eis uideatur contraria. Quicquid autem in tenebrosis dictis prophetarū, multis accipi potest modis, ita ut quis eam exponens, nec à scripturæ testimonio, nec à rationis exorbitet semita, nihil est inconueniens si quis eam diuerso, sed iusto exposuerit sensu. Si cuius autem talis sit expositio, quæ uel à scriptura uel à ratione aut sit aut uideatur extranea, ea iusto iudicio carere uiribus est æstimanda. Quoniam ergo tua explanatio tam scripturæ quam rationi inuenitur contraria, æquitate iudicio est repellenda. Mo. Quoniam modo sententia mea sit scripturæ contraria, audire dele-

Gene. 9

1. Cor. 15

2. Cor. 5

1. Tessa. 6

Propheta

rū obscura

dicta

quō exponenda.

Psal. 48. *Stat. Pe. David propheta de mortuis taliter inquit. Sepulchra eorum domus illorum in æternum, tabernacula eorum in progenie.*
 Psal. 48. *Item de eadē re. Introibis usq; in progenies patrum suorū, & usq; in æternum non uidebis lumen. Item alibi. Sicut uulnerati dormiētes in sepulchris, quorum nō es memor amplius, & ipsi de manu tua repulsi sunt. Iob etiam idem sentiens dicit. Memento quia uē tus est uita mea, & nō reuertet oculus meus ut uideat bona, nec aspiciet me uisus hominis. Oculi tui in me, & non subsistam. Sicut consumitur nubes & pertransit, sic qui descēdit ad inferos non ascendet, nec reuertetur ultra in domum suam, nec cognoscet eum amplius locus eius. Idem alibi: Vadam & nō reuertar ad terram tenebrosam. Itē idē: Homo cū dormierit nō resurget. Salomon etiā his consona sentit dicens: Viuentes sciunt se esse morituros, mortui uero nihil norunt amplius, nec habent ultra mercedem, quia oblivioni tradita est memoria eorū. Amor quoque & odiū & inuidia simul peribunt, nec habent partem in hoc seculo & in opere quod sub sole gerit. Ecce Salomon sapientissimus, cæterorū auctoritatibus cōcors existit, quod mortui*

mortui scilicet ad hoc ut terras inhabitent, resuscitandi non sint, & tamen quod quando que resurgent perhibet dicens, quod non habent partem in his quæ sub sole geruntur, id est in terrenis, per hoc uidelicet innuēs, quod in his partem sint habituri, quæ supra solem fiunt, id est, in cælestibus. Mo. *Introductarū rationum aut auctoritatum mediætas sapiēti cuilibet satis sufficeret. Veruntāmen quoniam expositionem nostram tam scripturæ quā rationi contrariam esse dixisti, restat ostendas in quo à ratione dissentiat. Pe. Nonne creditis quia cū uestri resurrexerint mortui adueniente uncto, Adam quoq; & Seth, Mathusalam, Abrahā, Isaac, & Iacob, Moyles & Aaron, cæteriꝫ patriarchæ & prophætæ, & omnes iusti qui ante aduentum eius obierunt, pariter cum eis sint resurrecturi, & omnia humani corporis officia agentes & patientes, pristinosꝫ ritus recolentes, antiquo more terras denuo sint inhabitaturi, & Aaron ac filij eius sacrificium ut olim oblaturi, & à MOYSE sacerdotilibus uestimentis induendi sint? MO. Ita nostros doctores cuncta dixisse negare non ualeo. PE. Quisnam rogo tunc maximus erit*

erit pontifex? Moy. Quis Aaron maior esse poterit? Pe. Quid igitur de Eleazaro multisque alijs tunc fiet, qui olim omnes summi fuere pontifices? Erunt ne simul uno tempore maximi, an illius ordinis dignitate priuabuntur? Si dixeris uiuente Aaron eos summo sacerdotio fungi non posse, quid ergo eis proderit resurrectio? Plus enim ad dedecus & incommodum, quam ad decus & utilitatem erit eis resurgere, meliusque eis fuisset in morte permanere, quam erumnosam ducere uitam, licet & Moyse lex in hoc facto destruat, quae praecipit haberi, ne quis maiori sublimatus ordine ulterius ad minorem reducat. Si autem omnis in summi sacerdotij ordine aequales futuros esse concesseris, honorem suum Aaron adimis, quia nullus inter complures aequales, excellentem habere potest honorem. Praeterea multis pontificibus multa necessaria sunt templa. Ex hoc ergo aliud inconueniens idem legis destructio sequitur, praecipiens, nec plus quam unum sacerdotem, nec plus quam unum existere templum. Mo. Argumentum quod tuae obstet rationi non habeo. Video enim aut nouam nos legem habituros concedere: aut Moyse legem nequaquam totam consistere.

Sacerdos
summus
unus erat
in lege &
templum
unum.

consistere posse, Pet. Gaudeo quia ueritatis lumen ex parte iam animo tuo illabitur. Dic ergo. Nunquid plures reges habituri estis an unum? Mo. Vnum utique habere debemus, sicut propheta Ezechi. perhibet dicens: Vnum ^{Ezech. 37} pastorem omnes habebunt. Si enim fuerint plures, cum concordare non poterunt, regni pacem destituent. Pe. Sapienter respondere inchoasti. Sed quisnam ille rex erit potes edicere? Mo. Vinctus, in cuius aduentu ^{Vinctus.} caecitas sumus euasuri, mortuique nostri sunt suscitandi, nostrique merito moderamen habere debet imperij. Pe. Bene quod dicis esse posset, si unctus ille homo & deus esset. Si uero ut creditis homo tantum futurus sit, quid tunc Abraham Isaac, & Iacob sunt facturi, Moyses etiam caeterique prophetae? Nunquid eius subiecturum ditionem? Non mirum uideri debet, si eius subiecti fuerint potestati. Sic enim & Samuel subiectus est Sauli, & Helias Achab regi, & Heliseus Ioram & alijs multi prophetae regibus suis. Pe. Rerum praesentium similitudo non conuenit. Nam etsi prophetae qui minime reges fuerunt regibus subditi fuerint, non ideo conuenit aut est necesse, ut rex propheta cuiquam terreno regi subdiciatur,

Reges &
prophetae
quidam fue-
runt.

Deut. 34

EXO. 32

Matth. 22
Lu. 20
Mar. 12

tur, uelut Abraham & Dauid, & Iosue, quo-
rum quisque fuit rex atque propheta, Moyses etiam
qui & rex & propheta & legislator totius ex-
titit populi, cui legis liber tale testimonium
perhibet dicens: Non surrexit propheta ultra
in Israel, sicut Moyses, quem noscet dominus fa-
cie ad faciem, in omnibus signis atque portentis que
misit super eum. Nonne cum isti tanti talesque ui-
ri resuscitati illius uncti fuerint iuri subiecti,
nonne quæso melius fuisset eis ne resuscitaren-
tur? Preterea duo inde inconuenientia pueniunt.
Si enim minor eo est Moyses, scriptura ergo
meretur, si autem maior, tanto plus uilificatur.
Mo. Ipsum ergo Moysen regem esse propona-
mus. Pe. Quid ergo unctus ille facturus est?
Quid etiam Abraham Isaac & Iacob sunt factu-
ri, quos Moyses ipse dum uiueret in tanto precio ha-
bebat, quod cum aliquid a deo implorabat, pro eorum
amore se adepturum esse orabat? In magno si
attendas discrimine estis. Sed uolo ut dicas,
si nosti, nunquid nam illi qui tunc suscitandi sunt
mortui, naturam & potestatem habebunt fi-
lios generandi? Mo. Vt quid responsurus sis
audiam, illos generaturos negabo. Pe. Vo-
lo prius respondeas, si generationis officium
in eis natura negabit, aut legis iussum prohi-
bebit.

bebit. Mo. Legis precepto eos constringen-
dos respondeo. Pe. Cum igitur Moyse lex fi-
lios procreari precipiat, nouam uos legem
habitueros demonstras, quod est contra fide-
uestram. Mo. Natura eis non lege generatio-
nem inhabitam esse mutata uice probabo.
Pe. Stare quod dicis non potest. Auditus enim
abhorret, & mens credere refugit, aliquod
animal modo esse cui sit naturale generare
non posse, nisi aliquo interueniente, uim ge-
nerandi amittat. Quod si naturam ipsam esse
dixeris nouam, non debes dicere eos resusci-
tandos, sed nouam creaturam futuram similem
primam in forma tantum, non in natura ro-
ta, comedent quippe, & bibent, sed non genera-
bunt. Mo. Quicquid hactenus mutata alter-
catione locuti sumus, non tam ex ueritatis de-
fensione, quam ex syllogismorum ambagibus dixi-
mus. Fides enim nostra est, quia quemadmodum
cetera humanitatis officia, sic & generandi
naturam habebunt, adeo ut mulierem cotidie con-
cepturam, cotidie parituram credam? Pe. Quod
dicis uix humanæ aures possunt audire. Vt
enim quæ dicis uera fatear esse, scilicet ut in-
unctum & credituri sunt omnes & resuscitandi.
At cum cotidie filios procrearet, profecto nec
ter

Gene. 1. 8.

Judei post
resurre-
ctionem
uxores
suas conce-
pturas &
parituras
credunt.

terra eos caperet etiam si dupliciter maior esset, aut pontus etiam terra fieret & adeo loci coartarentur angustia, quod non haberent quæ colere possent arua, imo inde semper esset inter eos pro terræ angustia certamen & rixa. Cum item suscitentur omnes, redibit quisque uir ad uxorem suam, quam habuit, aut aliam nouam habebit. Mo. Quisq; sane rehabebit suam. Hæc nanq; erit lætitiæ cõsummatio. Pe. Illa igitur mulier quæ post tres aut plures habitos maritos est mortua, in resurrectione quem ex his est habitura? Nam si primum habituram responderis, lex Moyfi destruetur dicentis, quod post secundum non debeat ad primum redire maritum, si uero alium quam primum habituram responderis, in eo etiam est destructio legis, eadem namq; iubente, primo uiro uiuente, nec eam repudiante, cuiquam non poterit nubere. Sed ecce cum tot suscitati, totq; post eos fuerint nati, quilibet horum erunt quandoq; morituri. Mo. Immortales exinde permanebunt. Pe. Ratio stare non posse quod dicis demonstrat. Cum enim homo comederit, biberit, generandi usum habuerit, necesse est quod ex quatuor elementis compositus sit.

Quic

Quicquid autem taliter compositum est, id etiam corrupti necesse est. Ergo & eos mortis corruptioi cum taliter compositi sint, subiaceret necessitas concludit. Rursus si immortales fuerint, iam nequaquam speciali, quæ nunc est hominis, subiiciuntur diffinitioni. Diffinitio enim hominis est, animal rationale, mortale. Sed de immortalibus hominibus diffinitio ista prædicari non potest. Quare nec specialis homo. Vnde per hoc medium colligitur recte, ut quos homines uocas, homines non sint, quod est inconueniens. Iterum sicut superius diximus, multitudini eorum spacium totius terræ non sufficere posset, si ipsam maximam multitudinem immortalium asseramus, cum supra sine intermissione eos generaturos esse dixerimus, & si ad lapidum modum sibi met superponerentur, nullatenus induplicato terræ spacio concluderentur. Mo. Cum immortales eos esse defendere nequeam, saltem mortales concedam. Pe. Cum morituros eos esse concedas, uolo dicas, illa resurrectio utrum erit eis ad pœnam an ad coronam. Mo. Ad gloriam & honorem illa erit resurrectio, ut uncti gloriam & regnum conspiciant, & perfectam corporis

I & cor

Marth. 22
Lu. 20
Mar. 12

Leui. 30

& cordis habeant lætitiã. Pe. De statu interim bonorum donec resurgant, audire uolo quid sentias, scilicet utrum in pœnis an in quiete usq; ad resurrectionis tempus permaneat. Mo. Quietis eos beatitudine cum deo perfrui certissimum est. Pe. Quandoquidem ut asseris ita est, resurrectio illa ad pœnam potius quàm ad coronam futura est. Cum enim nunc æternæ uitæ munere gloriantur, cur iterum in corporum ergastulis retrudentur, ubi fame, siti, uigilijs, & uarijs atq; innumeris denuo cruciatibus agitentur? Quin insuper secundum tuam sententiam secundæ mortis timorem & pœnam sustinebunt. His omnibus satis cuilibet patet, resurrectionē illam magis illis ad dedecus quàm honorem & gloriam fieri. Mo. Et si nunc in quiete & delicijs permanent, de quibus ad corporum sint redituri angustias, sed tamē tāta eis erit exultatio uncti præsentiam cernere, & eius regno exultare, Hierosolymis ut olim habitare, in templo ueterum ritu sacrificare, ut & corporum pœna sit eis nulla, & quam modo habent, requies habeatur postea pro minima. Pe. Quod dicis à ueritatis exorbitat semita. Nullus enim præsentis mundi honor

Resurrectio quã Iudæi futuram credunt quã hiscrit.

Vncti cernere præsentiam eius regno exultare, Iudæi beatitudinem asserunt.

& glo-

& gloria æternæ uitæ delicijs & quieti cōparatione conuenit aliqua, quia nec uno momento quisquam huius mūdi poterit sine labore & pœna uti delicijs. Illius autem beatæ uitæ gloria, nulla intercidente molestia permanet perpes & continua, præcipue cum uerbi testentur doctores, omnem huius mundi honorem & gloriam idem esse ad illius uitæ deliciã, qđ est unū ad LX. Patet insuper cuilibet, nisi quis totius ratiōis sit expertus, incomparabiliter maius esse gaudiū cernere deū, quã talem, qualem uos dicitis. Mo. Quocunq; hætenus locuti sumus, ratiocinandi & argumentandi causa diximus. Hæc enim est nostræ fidei certitudo, quia resuscitandi sint, comedendi, & bibendi, siue generandi & naturā & usum sint habituri, & post mille annorum transacta curricula, in perpetuæ beatitudinis & immortalitatis regnum sine aliqua morte transferendi. Pe. Si immortales concedis, ad pristinum inconueniens redis. Infra mille etenim annos, in tantum multitudo propagabitur eorum, ut nullo modo intra terræ concludi ualeant ambitum. Multo minus igitur ad incolendos agros ullum supererit spacium. Insuper etiam illud

Fides Iudæorum de resurrectione futura.

I 2 quod

quod supra diximus est in quaestione, quia patriarchæ, prophetæ, & omnes iusti, qui iam fulgebant in gloria, nouis denuo pœnis subduntur reducti ad corpora. Item aliud: Omne enim quod comedit, bibit, & gignit, delectatur etiam ac tristatur, procul dubio ex quatuor elementis compositum non dubitatur. Quomodo autem quod ex eis componitur, & passionibus prædictis afficitur, cum eisdem affectibus sine mutatione in regnum illud transferetur? Sed ut omnia concedamus, quid nam de his qui adueniente uncto & post nascituri sunt es dicturus? Morituros ne esse asseris nec ne? Mo. Morientur sane in Christi regni fine. Pe. Quid igitur facient parentes eorum in morte ipsorum? Melius nanq; illis foret non resurgere, quam tantum dolorem ex eorum morte sustinere. Mo. Dicamus ergo eos non esse morituros. Pe. Tunc mentitur scriptura quæ dicit, Dauid scilicet in Psalmo: Quis est homo qui uiuet & non uidebit mortem? Vndiq; igitur si perpendas sunt tibi semitæ rationis & difflugij clausæ, quod nullatenus eo quo dicis modo fieri possit mortuorum resurrectio, propter quod idem superius destruxeramus legis te-

Iudæorū
error de
resurre-
ctione fu-
tura clidi-
tur.

Psal. 33

gis testimonio. Quomodo ergo frater anima tua huiusmodi fabulis auscultans potest indulgere? Mecum itaq; domini misericordiam precare, ut sicut me, sic te quoq; ab huius infidelitatis absoluat errore. Amen.

F I N I S.

TITVLVS

QVARTVS, AD OSTENDEN-
dum Iudæos de tota lege Moyfi, nisi
parum obseruare, & illud parum
deo non placere.

M O Y S E S.



ORDIUM illuminato-
ri non immerito gratias a-
go, qui tãtæ cæcitatæ tene-
bras, & si sero à nostro de-
pulis animo, Tibi quoque
non iniuste maximas gra-
tes rependo, qui & apertissimarum & inex-
pugnabilium luce rationum, huius à me infi-
delitatis errorem tulisti. Nunc si placet cœ-
ptum ex ordine prosequens, sequentem pro-
I 3 posi

positorum nostrorum aperi partē. Dixisti enim nos de praeceptis legis minimū quid agere, & id ipsum deo non placere. Quod quare uel qua intentione dixeris, in hianter audire desidero. Pe. Quod dixi uos de legis mandatis minimum quid obseruare, nec auctoritatis nec rationis, cum liquido pateat, indiget probatione, ut in ipsis sacrificijs probari potest, quæ nequaquam celebratis. Nam nec agni uictimam prout olim matutino & uespertino immolatis tempore, nec neomeniarum, sabbatorū ceremoniarumq; holocausta celebratis, nec panis, uini & olei quæ similiter post posuistis libamina, aut cotidianum etiam apparatus mense, in qua septimo semper die panes propositionis ministrare uestri patres consueuerant. Luminaria quoq; matutino tempore prae parata, uespertino accendebant, eisdemq; temporibus thymiana turibulis impositum in templo cremari faciebant, ordinationes etiam atq; unctiones sacerdotum, uariasq; uestimentorū mutationes, nec multitudine in sumendis cibis uarietates, ministeriorū q; per singulas hebdomadas uicissitudines, secundū legis praecepta seruabant, Leuitas etiam secundū legē electos ordina

Legē Iur-
dāi iā nō
obseruāt.

Num. 28
Psal. 80

Exo. 25

Exod. 30

Leui. 8
Deut. 14
Leui. 2

ordinabant, & musicis instrumentis prout Moyses instituerat psallere faciebant. Primiti-
genitum autem hominis atq; immundorū animalium precio redimebant, primitiuosq; arborum fructus, in esum domini offerebant altario, qui in esum sacerdotibus cedebant. Trium annorum fructus in arboribus permanens, nihil conferebant utilitatis. Quarto anno omnis fructus earū sanctificabatur laudabili dño. Primitias quoq; fructuum sacerdotibus offerebant, & ex duabus decimis unā dabant Leuitis, alteram Hierusalem in loco sancto comedendam deportabant. Leuitas etiam decimā decimæ quā accipiebant eisdem sacerdotibus persoluebant. Septimus autē annus sabbatū erat terræ, quinquagesim⁹ uero iubileus. Lex etiam ois lepræ & lepræ percussuræ uestigium, & domorum cicatricis, & erumpentium papularum lucentis maculæ, & in uarias species colorum mutatorum, ut posset sciri quo tpe mundum quid uel immū dū esset sacerdotū erat iudicio subdita. Lex quoq; eius qui fluxum seminis patiebatur, et mulieris quæ menstruis temporibus separabatur, sacrificiaq; purificationis eorum, sacerdotum constituebantur arbitrio. Si quis ho

Psal. 80
Num. 10
Exo. 13. 34

Leui. 25

Num. 18
Exo. 34

Leui. 25

Leui. 13

Leui. 13

Deu. 14

minis mortui tentorium introiret, aut cadauer occisi tetigisset, siue os illius aut sepulchrum tam ipse quàm uniuersa uasa tentorii immunda erant, donec combustæ uitulæ cineribus aspersa mundarentur. Præterea alia quàm plurima in lege præcepta sunt, quæ à uobis iam dudum omnino prætermissa sunt. Mo. De legis præceptis quæ minime obseruamus nequaquam redarguēdi sumus, cū & patria nostra exules simus, temploq; et legitimis careamus. Pe. Excusationis causam inualidam protulisti. Nam si deo uestra sacrificia accepta essent, non uos ita de terra eiecisset, ut hæc quæ iusserat minime possent implere. Mo. Absit ut nos ideo de solo paterno expulisset, ne eius præceptis obsecundari ualeremus, quoniam non esset opus sapientis & iusti aliquid iubere, quod idē postmodum fieri prohiberet. Et iterum cur ea non fecerimus, rationem habeat à nobis exigere, sed quia deliquimus in conspectu eius, iratus aduersus nos, eiecit de terra, ubi eius non possumus implere præcepta. Nostra ita que impossibilitas non erit inculpanda, donec tempus adueniat, quo ad terram habitationis nostræ reuertamur, & tunc ea quæ

iussit

iussit nobis dominus opere cōplebimus, eiq; sacrificium nostrum acceptabile erit, quemadmodum propheta testatur Malachias dicens: Et placebit deo sacrificium Iuda & Hierusalē sicut dies seculi, & sicut anni antiqui. Pe. Huius prophetiæ testimonium, nihil ad nostrum attinet propositum. Nam si præcedentem & sequentem discusseris historiam, de sacrificijs templi quod Esdræ temporibus ædificatum est, dictum esse inuenies. De exilio autem uestro quod dixi idem confirmo, scilicet quod ideo uos de terra eiecit, ne sacrificia faceretis, neomenias, uel quaslibet alias festiuitates coleretis pristino more, nec templi limina tereretis. Cum em̄ deus per Moysen sacrificia fieri præcepit, ideo utique fecit, ut in eum recte credentes, & tota eum mente diligentes, legis suę præcepta cū quanta decebat sollicitudine & mundicia custodirent, non quod furta, homicidia, rapinas, & cætera exercendo uicia, nec non idolis sacrificando, dei legem indigne tractarent, & multis polluti contagijs, deo uero sacrificaturi, sanctum eius templum indigni ingrederentur, quæadmodum propheta Hieremias testatur dicens: Ecce uos confiditis uobis in

Mala. 3

3. Ezdræ. 8

Hier. 7

I s uere

uerbis mendacij, quæ non pderunt uobis, si rari, occidere, adulterari, iurare mēdaciter, libare Baalim, & ire post deos alienos q̄s ignorastis, & uenistis et stetitis corā me in domo hac, in qua inuocatū est nomen meum, & dixistis. Liberati sumus, eo quod fecimus oēs abominaciones istas. Abominatus est itaq; deus opera uestra, & uictimas, cum canticis, expulsiq; uos de templo suo, & terra, sicut Esaias propheta apertissime talibus uerbis insinuat. Quo mihi multitudinem uictimarum uestrarum dicit dominus: Plenus sum, Holocausta arietum, & adipem pinguium, & sanguinem uitulorum, & agnorū, & hircorum nolui. Cum ueniretis ante conspectū meum, quis quesitū hęc de manibus uestris, ut ambularetis in atrijs meis? Ne offeratis ultra sacrificium frustra. Incensum abominatio est mihi. Neomeniam, sabbatum, & festiuitates alias non feram. Iniqui sunt cœtus uestri, Kalendas uestras & solemnitates uestras odiuit anima mea, facta sunt mihi molesta. Laboraui sustinens. Quod & Hieremias cōfirmat dicens, ut quid mihi thus de Saba affertis, & calamum suaue olentem de terra longinqua? Holocaustomata uestra nō sunt

acce-

Sacrificia
Iudæorū
deus ex-
erat.

Esaiæ 1.

Hier. 6

accepta & uictimæ uestre nō placuerunt mihi. Item alibi: Cum ieiunauerint non exaudiam preces eorum, & si obtulerint holocaustomata, & uictimas, non suscipiam ea. De hoc etiam Amos propheta ait: Odi & proiecisti festiuitates uestras, & non capiam odorem cœtuū uestrorum. Quod si attuleritis mihi holocaustomata, et munera uestra nō suscipiam, et uota pinguium uestrorum non respiciā. Auferā tumultū carminum tuorū, et cantica lyræ tuæ non audiam. De hoc iterum Malachias ait: Non est mihi uoluntas in uobis, dicit dominus exercitū, et munus nō suscipiā de manu uestra. Et Psalmista: Sacrificiū et oblationē nolui, aures autē perfecisti mihi. Per Osee quoq; prophetā sic ait. Cessa re faciā omne gaudium eius, solemnitatē eius, neomeniā eius, sabbatū eius, et oīa festa tēporū eius, et multa alia, quæ enumerare longū est. Hęc sunt præcipua et maiora legis uestre præcepta, quæ sicut prophetica auctoritas et præsentū temporū indicat ætas, de^o nequaquā uult de manu suscipere uestra. Mo. Omnia quæ induxisti prophetarum uerba, de Babiloniæ captiuitate et dicimus et credimus fuisse prædicta, et in eadem cōpleta. Nam post ipsam

Hiere. 14

Amos 5

Mal. 1

Psal. 50

Osee 2

ipsam & diuinitas nos respexit, & sacrificia nostra suscepit. Pe. Explanationi tuæ meus optime intellectus concordat. Cum enim deus uos de captiuitate eductos ad templum patriamque reduxit, patet quia prophetarum minas compleuit, & culpis indultis uictimas uestras acceptabiles habuit. Sed cum postea in pristina scelera redissetis, pristinis denuo poenis multati estis, & quanto secunda captiuitas maior grauiorque fuit, quam prima, tanto maiorē in hac quam in illa dei super uos liquet indignationem fuisse. Mo. In hoc uerbo tibi ipsi contrarius ostenderis, cum superior dixeris homines illius temporis religiosos & iustos fuisse, & legis præcepta fideliter custodisse, nunc autem eorum opera deo displicuisse confirmas. Pe. Secundum quod legislator Moyses à deo legem acceperat, & eis proposuerat, eos digne seruasse non denego. Sed postquam Christus aduenit, qui prophetarum archana reuelauit, & legis sublato uelamine, spirituale qui latebat sensum aperuit, extunc non secundum literam occidentem, sed secundum spiritum uiuificantem legalia debuerunt instituta seruare, quoniam qui legem dederat, melius eam quam prophetæ qui

audi-

auditores fuerat intelligebat. Quod quia facere neglexerunt, ideo eorum antiquas obseruationes deus suscipere renuit, quemadmodum & ueteres ritus quos ante susceptam per manum Moysi legem excolebant, post eandem susceptam prohibuit exercere, duas uidelicet sorores simul ducere uxores, uel amatam uxorem accipere, omnibus animalibus uesci. Hæc & similia ante legem agentes, rei non habebantur, sed postea nemo sine peccato facere potuit. Mo. Legem nostram prout Moyses dedit, & omnis patrum nostrorum generatio antiquitus coluit, & sic etiā à nobis per omnia seruandam & credo & cetero. Pe. Si ueteres legis obseruationes domino acceptabiles fuissent, dum eas opere compleretis nequaquam uos de templo & patria eiecisset. Sed ut tuis acquiescam sermonibus, tuo te redarguendum esse ostendam iudicio, cum sicut dixi nihil nisi pauca de legis obseruetis præceptis, & nec ipsa prout lex præcipit ex toto custodiat, quandoquidem nec in sabbatis, nec in solennitatibus, aut ieiunijs uestris, aut uictimas aut alia quæ necessaria sunt & præcepta habeatis. Orationes etiam quas loco sacrificiorum domino funditis,

non

Leui. 18

Deut. 14

ii. 24

Cor. 3

Oratiōes
Iudæorū
deus non
exaudit.
Treno.3

Treno.3

Esa.1

Nume.19

Leui.15

Tota gēs
Iudæorū
& oīa eo-
rū polluta
sunt.

non ut exaudiantur ad eius aures ascendūe,
Nec hoc malevolentiaē meæ potes aut aude
ascribere, cum ipsimet uestri doctores testen-
tur deum ab illo tempore preces uestras nō
suscepisse, quo tēplum destructum est. Quod
etiam Hieremiæ prophetæ firman̄t auctori-
tate dicentis, Cum clamauero et rogauero,
exclisit orationem meam. Et iterum: Op-
posuisti nubem tibi, ne transeat oratio. Et
Esaías: Et cum extenderitis manus uestras,
auertam oculos meos à uobis, et cum muli-
plicaueritis orationem, non exaudiam. Præ-
terea omnes uos secundum Moyfi legem im-
mundi estis. Nullus enī in uobis est, qui mor-
tuorum attactu pollutus non sit. Quæ scilicet
macula, nisi conspersione cineris uacæ rufæ
non deletur, quam cum ad præsens habere
non possitis, ab immundicia liberari nequi-
tis. Mulieres etiam uestre omnes fluxu pol-
lutæ creduntur, cum pristini defint sacerdo-
tes, quorum erat relictum iudicio inter men-
struam et sanguinis fluxu pollutam discerne-
re, et filij de pollutione. Omnes quoque cibi
uestri legis iudicio polluti probantur. Cum
igitur ò Moyfes tota gens uestra probetur
polluta, mulieres omnes pollutæ, et ideo oēs
filij de

filij de pollutione sint nati, cibiq; uestri uni-
uersi immundi, et eorum orationes nequa-
quam ad aures perueniant dei, nec opera pla-
ceant ei. Quomodo quæso ullam possunt se-
curitatem habere, quod uel malorum finem
sint habituri, uel apud deum sint ullius pre-
cū: Ipsi quia me de eorū liberauit errore de-
bitas ago gratias, et ut te etiam liberet deo-
tus exoro. Amen.

F I N I S.

TITVLVS
QVINTVS, DE SARRACENO
rum lege destruenda, et sententiarum
suarum stultitia confutanda.

M O Y S E S.



ACTENVS Iudaicæ
gentis fides quam inanis et
inconstans in omnibus es-
set, eorumq; obsequiū quā
irrationabile deo atque in-
gratū existeret, uel cur ab
eiusdem fide recesseris, & euidentissimis edi-
disti probastiq; rationibus, & mihi in quan-
to permanferim hactenus monstraſti erro-
re, Sed

re. Sed cum paternam reliqueris fidem, mi-
ror cur Christianorum & non potius Sarra-
cenorum cum quibus semper conuersatus
atq; nutritus es delegeris fidem. Libet enim
mihi, quæadmodum in Hebraica ita & hac
secta quæcunq; potero inferre obstacula, ut
sicut de nostra, sic & de hac rationem præte-
das, qua destrui ualeat. Semper enim ut dixi
cum eis conuersatus & enutritus es, libros le-
gisti, linguam intelligis, ut enim in me eorū
personam suscipiam, hanc utiq; præ cæteris
deuissiles eligere, quam constat reliquis ho-
nestiorem & habiliorem existere. Lex est si-
quidem larga, de præsentis uitæ delicijs mul-
ta seruās mandata, in quo ostenditur diuina
circa eos fuisse dilectio maxima, pariterq;
suis cultoribus gaudia repromittit ineffabi-
lia. Cuius uidelicet legis radicē si quæras, in-
uenies super inconuulsæ fundamentū ratio-
nis fundatam. Cuius rei uidelicet quod deus
eos dilexit, & multis præceptis eos onerari
noluit, sed pepercit, signum est quod quin-
quies tantum in die orare eos præcepit, quin
etiam semper antequam orent, ut perfectam
mundiciam habeant, culum, ueretrum, ma-
nus, brachia, faciem, os, nares, aures, oculos,
capillos

Sarraceni
quinquies
in die or-
rant.

Sarraceno-
rum cere-
monia.

capillos, decentissime, & ad ultimum pedes
lauant. Hoc facto, publica uoce præconatur,
unum confitentes deum, qui nullum uel simi-
lem habeat uel æqualem, eiusq; Mahometh
esse prophetā. In anno quoq; integrum men-
sem ieiunant. Ieiunātes autem nocturno co-
medunt tempore, diurno abstinent, ita ut ab
ea diei hora qua nigrum ab albo distinguere
per uisum poterunt filum, usq; ad solis occa-
sum, nemo comedere, bibere, aut uxoris cō-
mixtione se præsumat foedare. Post solis au-
tem occasum, donec ad sequentis diei crepu-
sculum, semper eis cibo & potu, proprijsq;
uxoribus prout cuiq; libet, liceat uti. Si tñ
aut infirmitate fuerit prægrauat⁹ aut in uia
erit, quamdiu aut languoris aut itineris du-
rauerit tempus, conceditur ei quibuscunq;
uoluerit & uesci simul & uti, sic tamen, ut qd
uel ægritudinis uel uitæ necessitate minus im-
pleuit, postea emendet quādo licuerit. Semel
autem per singulos annos propter solam re-
cognitionem præcipiuntur omnes ire ad dei
domum, quæ est in Mecha, uidendam, & ibi
adorare eamq; inconfutillibus tegumētis in-
duti circuire, & lapides prout lex præcipit,
per media scilicet femora sacere retro pro la-
pidan

Ieiunium
Sarrace-
norum.

Orationis
tēpore in
Mecha q̄s
Sarraceno-
rum uesti-
tus.

K

pidando diabolo. Hanc autem domum dicunt Adam cum de paradyso exulasset, dño extruxisse, & omnibus filijs eius donec ad Abrahamā aduenit locū orationis fuisse. Abrahamā autē fidelis dei seruus, eā roborauit, & instaurauit & in ea domino uota uouit, & sacrificia obrulit, filioq; suo nomine Ismaheli post mortē reliquit, eiq; & omnibus filijs eius per multa annorū curricula, donec Mahometh natus est, orandi domus permansit Quo nato, eandē deus sibi, cunctisq; suis generationibus, hæreditariā (ut ipsi perhibēt) promisit. Aduersarios præterea dei & eorū prophetæ p̄dari, captiuare, interficere, & oibus modis persequi atq; delere iubent, nisi resipiscere & ad eorū fidē cōverti uoluerint, aut seruitutis indictum cēsum persoluerint. Absoluta etiā eis est omnis caro, præter porci carnē & sanguinem nec non morticinū ad uescendum. Respuunt etiam, quicquid in alicuius rei nisi dei fuerit noiē consecratū. Licet præter hoc eis eodē tpe quatuor legitimas habere uxores, & qualibet repudiata aliā semper accipere, ita tamen, ut nunq̄ quaternariū transeant numerum. In repudio quoq; hoc obseruatur, ut usq; tertio ei quamlibet repudiare & eandem

Sarraeni
quot uxores
habere
possint.

eandem rursus recipere liceat. Empticias uero atq; captiuas quotcunq; uoluerit habere licitum erit, sed & easdem uendendi denuoq; emendi liberam potestatem habebit, sic tamen, ut postquam semel grauidam fecerit, nequaquam se alterius seruitutis iugo astringere possit. Conceditur insuper eis de propria cognatione habere uxores, ut sanguinis proles accrescat, & fortius inter eos amicitia uinculum uigeat. De possessionibus repetendis iudicia talia sunt apud eos, qualia esse apud Hebræos ipse optime nosti, ut petitor testibus comprobet, & negator iuramento semet expurget. Testes autem nullos nisi ualde idoneos probatasque personas suscipiunt, & quibus sine iuramento credere possint. In quibusdam etiam alijs Moisaicæ legis morem custodiunt, ut qui hominis sanguinem fuderit, eadem pœna plectatur, & quisquis in adulterio deprehensus fuerit, cum adultera pariter lapidetur. Qui autem cum qualibet alia fornicatus fuerit, LXXX. flagellis subiacebit. Furti talis indicta est pœna, ut prima & secunda uice octoginta flagella sustineat, tertia manum, quarta pedem amittat, & qui cuilibet homini

Sarraenorum ritus
pessimi ac
naturæ re
pugnantes.

Gene. 9.

Leui. 20

membrū abstulerit, digno precio redimet. Hæc uniuersa præcepta idcirco sunt à deo proposita, ne finimis larga quælibet facienda esset licentia, totius gentis fieret cito ruina. A uino semper abstinere iubentur, quoniam fomes est & seminarium omnis peccati. Hæc sunt præcipua legis mandata, quoniam longum esset morari in singulis. Promisit itaq; deus sibi & Mahometh suo fideli prophetæ credentibus, legisq; eius mandata copulentibus, paradysum, id est, hortum deliciarum, præterfluētibus aquis irriguum, in quo sedes habebunt perpetuas. Proteget eos arborum umbra, nec frigore affligentur, neq; calore. Omnium fructuum, omnium ciborum uescentur generibus. Quicquid appetitus cuius suggeret, coram se confestim inueniet. Sericis induentur uestibus omnicoloribus. Accubabunt in delicijs, & angeli pincernarum ministerio inter eos cum uasis aureis & argenteis deambulabunt, in aureis lac, in argenteis uinum offerentes, & dicentes, Comedite & bibite in omni lætitia, & quod uobis deus promisit ecce completum est. Iungentur uirginibus, quas nec humanus, nec dæmonicus uiolauit contactus, hiacinthi coralijsq; splendore

dore forma præstantioribus. Hæc bona dabuntur credentibus, non credentibus uero deo & prophetæ eius Mahometo, erit infernalis pœna sine fine. Quantiscunq; autem peccatis quisq; obligatus fuerit & in die mortis suæ deo & Mahometo crediderit, in die iudicii Mahometo interueniente saluus erit. Hęc & alia quàm plurima, quæ enumerare longum est, cū tu nihilominus à puero noueris scripta, & ab omni Sarracenorum gente maxima celebratione habita, cur potius Christianam quam Muzalemiticam sectatus es religionem, & præsentis uitæ melius & futuræ pariter felicitate fruiturus? Pe. Quâuis orationis tuæ contextus, plurimum decoris & dulcedinis habens, apud eos qui delicias corporis summum bonum putant, nõ minorẽ, quàm si ipse Mahometh adesset, captare beneuolentiam ualeat, de me tamen id sperare te mirum est, ut ad hoc persuadendum institeris, in quo me nullatenus falli posse credideris. Certus enim es mihi non incõpertum esse se quis Mahometh fuerit, quomodo callida simulatione prophetam se confinxerit, & ad hoc machinandum quis eius cõsiliarius extiterit, Vnum reor tibi incertum manet, ipsam

K 3 Ma

Mahometh se prophetam falso confinxit.

Mahometi quam dicunt doctrinam quam inanē iudicem. Dum igitur uitam moresq; eius mea narratiōe digesta audieris, tunc me scire de eo quod uerum est aut nescire, facile internoscere poteris. Mo, Illud inhianter expecto audire abs te. Pe. Mahometh igitur utroque parente orbarus, sub auunculi sui Panephi patrocinio, puericiæ annos agebat, idolorum tunc temporis cultui cum uniuersa gente Arabum inseruiens, quæadmodum ipse in Alcorano suo testatur, dicens deum sibi dixisse. Orphanus fuisti, & te suscepi, in errore & te direxi, pauper, & locupletauit. Post aliquantum uero annorum spacium, mercenarius apud nobilissimam quandam uiduam nomine Chadigiam, breui ira domine suæ animū obtinuit, ut iure coniugij rebus omnibus & rerum pariter dominatrice potiretur. Cuius opibus de pauperimo ditissimus effectus, inratam prorupit mētis superbiā, quod regnū Arabum sibi sperandū polliceret, nisi suos timeret contribules, quia eum pro rege non tenerent, cum sibi & æquales fuissent & maiores. Viam tamen excogitans qua rex effici potuisset, uoluit se prophetam cōfingere, ea uidelicet fretus facetiā eloquentiæ, quā apud diuer-

Mahomethi ortus, & pessima uita.

Mahometh superbus regnū aspirat.

diuersas nationes dum negociationi desudaret, ingenij susceperat leuitate, & hoc etiam quod tunc temporis maior pars milites erant atq; agricolæ, & ipsi fere omnes idolatraz, præter quosdam qui Moyse legem secundum Samaritanos tenebant hæretice, & alios Christianos qui Nestorianierāt & Iacobitæ. Iacobitæ autem sunt hæretici, à quodā Iacobo dicti, circumcisionē prædicātes, Christumq; non deū, sed hoīem tñ iustum de spiritu sancto conceptū, ac de uirgine natū, nō crucifixum tñ neq; mortuum credētes. Fuit etiam eo tēpore in regione Antiochiæ archidiaconus quidam amicus Mahometh, & hic Iacobita, unde ad conciliū uocatus est, & damnatus. Cuius damnationis pudore contristatus, de regione aufugit, & ad Mahometh deuenit. Huius igitur nixus est consilio Mahometh, qd cogitabat & per se tñ adimplere nō poterat, ad effectū perduxit. Fuerūt q; duo Iudæi ex illius Arabiæ q̄s diximus hæreticis, Abdias, & Cahbalahabar dicti, & hi quidē Mahometo se adhibuerūt, & ad cōplendam stultitiā eius auxiliū p̄buerūt. Et hi tres legē Mahometi quisq; secundū hæresim suam cōtēperauerunt, & talia eū ex parte dei dicere

Iacobitæ hæretici q̄ sint.

monstrauerunt, quæ & hæretici Iudæi & hæretici Christiani qui erant in Arabia uera esse crediderant, qui uero sponte credere noluerunt, ut tamen & gladij timore crediderunt. Et eius quidem nec aliam prophetiã nec miracula ulla scimus, sicut de Moyse, Iosue, Samuele, Helia, & Heliseo audiuius, quos multa fecisse miracula legimus. Mo. Plerosque prophetarum credimus, quorum nulla miracula legimus, ut Hieremiam, Abdiam, Amos, Osee, & alios. Pe. In illis ideo querenda miracula non sunt, quoniam neque nouitatem aliquã legis induxerunt, neque Mosaicæ doctrinæ ulatenus contradixerunt, & quæ prædixerunt ex parte cõpleta cognoscimus. Mo. Noë & Abraham patriarchæ noua diuinitus dedisse madata dubium non est, sicut sacrificiorum, comedendarum carniũ, circuncisionis, & aliorum rituum. Cur ergo eis absque miraculorum luce fides exhibita à posteris est? Pe. Ideo eis ueraciter creditur, quoniam is eis propheta attestatur, de cuius testimonio à nemine dubitatur, Moyses uidelicet. Mahometus igitur qualiter inter prophetas recipiendus sit, qui nulli prophetarum aliqua probabilitate comparabilis est? Mo. Quare nulla probabi-

Quare aliqui prophete nulla miracula fecerunt.

abilitate demonstratum prophetam dixeris, quem satis miraculis denotatum frequenter audieris? Nonne prophetam eum brutum animal bos uidelicet Doregele nuncupauit? Nonne per utranque manicam ingressa luna de sinu redintegrata progrediens, prophetam eum mirificum designauit? Nunquid ad hoc innotescendum illius manu demulsa omni populo affluentem mamilla ouis haustum lactis præbuit? Mirum etiam fuit, quod cum ficum arborem ut ad se ueniret uocauit, uenit quidem arbor ad eum, & ipse de fructu eius comedit, & brachium ouis quod inuenentum sibi erat in scutella appositum cum eo locutum est & dixit, ne ne comedas, quia sum inuenentum. Pe. Friuola sunt quæ prosequeris, neque omnium uestrorum iudicio fide digna probantur, maxime cum ipse Mahometus in Alcorano suo nihil tale retulit, sed potius quicquid in Alcorano de eo scriptum non fuerat, omnino uerum credi prohibuerit. De omnibus inquit multi mentiti sunt, quod ne mihi contingat, illud solum de me uerum teneatur, quod Alcoram fultum auctoritate probatur. Qui cur miraculum non faceret ostendere uolens, loquentem ad

Miracula falsa Mahometi.

K s sedo-

se dominum introducit dicens. Dixit dominus ad me. Ideo te facere miracula non permitto, quia ne tibi sicut alijs prophetis in miraculis cōtradicator timeo. Suo ergo testimonio nullum fecisse uirtutis signum monstratur, quibus alijs indicijs uerus propheta probat. Indicia namque ueri prophete sunt, probitas uitæ, miraculorum exhibitio, dictorum omnium firma ueritas. Bonitas uitæ in Mahometo uolentia erat, qua se prophetam dei predicari uis faciebat, furto et rapacitate gaudens, et igne libidinis in tantum feruens, ut et alienum thorum scēdare adulterio tāquam domino præcipiente non erubesceret, sicut de Zanab filia Ias uxore Zet legitur. Dominus inquit tibi Zet uxorem dimittere tuam præcipit. Quam dimissam ipse sibi continuo copulauit. Cuius euidentius prophetiam quā nulla sit Iassæ uxoris eius turpitudine patefecit, quando in adulterio deprehensam, eam multorum testimonio non deprehensam, eo quod nollet eam dimittere, falso Gabrielis nūcio confirmauit. De cuius uicij potentia, libidinis scilicet, laudasse deum legitur, eo quod in eo quadragies supra humanum modum abundaret, congratulans sibi, eo quod

Veri prophetæ indicia quæ sūt.

Mahometi libido.

eo quod suauis odor & speciositas mulierum dante deo plurimum eum oblectaret. De miraculis iam dictum est. De bellis autē quæ domino præcipiente & uictoriā promittente se inisse fatebatur, dentes eius contriti in bello, faciesq; collisa, multa etiā cædes & fuga suorū, ueritatē testantur, quæ si angelus domini ut dicis eum custodiret, minime sibi acciderent, sicut de Helia & Heliseo legimus, quos ab inimicis suis semper eripuit deus, quæ etiam si talis esset ut dicis, semper uictoria sequeretur, ut Moysen, Iosue, & David, quos diuino iussu prælia committentes, semper uictoria comitabatur. Si uero etiam propheta uerus, ut ais, esset, prælia commissurus utrum sibi male eueniret sciret. Quō ergo mea lege dimissa illius me legē dicis potius quā Christianam insequi debere? Mo. Hæc pro certo ratio, quā qui pspicue inspexerit uera uideat. Pe. Quod superius me libros legisse, linguam scire, nutrium fore semper inter Sarracenos dixisti, non idcirco conuenit, ut illorum assuequar legem. Mo. Quā credebam eam bonā esse, ideo te eam debere recipere dixi. Pe. Dixisti etiam legis illorū radicē in inconnulsæ rationis fundamento constructam, unde in altera

3. Re. 19
4. Re. 6

Exo. 17
Iosue. &
in libris
Regum.

ternæ

ternæ disputationis campum, uerba uerbis, mādāta mandatis, discurremus, si eam bene fundatā inuenire poterimus. Mo. Placet. Pe. Quod quinquies Mahumetū in die orādum p̄cipere dicis, ideo utiq; fecit, quia cōsilio doctorum suorum mediatricem Iudæorum & Christianorum legem effici uoluit suam, non probitate sui, neq; adiutorio dei. Iudæi enim secundum legem ter in die orant, Christiani uero septies, sed iste nec ter nec septies, sed quinquies orando terminū inter utranq; posuit. Quod antequam orent illos manus & brachia & cætera corporis membra abluerē laudas, non ad orationem pertinet. Ad orationem quidem pertinent, mundari intrinsecus non extrinsecus. Munditia autem de ablutione membrorum pertinebat cultoribus stellæ Veneris, qui uolentes eā orare, ad modum foeminae se aptabant. Quia uero puncto stellæ Veneris rex effectus est, ideo hæc præcepit. Tempore orationis publica uoce eos præconari fateris, quod non conuenit orationi, nisi quia aliud nouum nequit imponere signum. Ieiunare per mensem integrum eos, ut ais, quod restringant uicia carnis præcepit, quod est initium poenitentia. Sed dic

Orant Iudæi ter in die. Christiani uero septies.

Cultorū stellæ Veneris ceremonia.

quæso mihi: Quid prodest per diem ieiunare, & nocte ter uel quater comedere, & bonis carnibus optimisq; cibis frui, & mulieribus uti? Hæc non debilitant sed potius corroborant carnem. Quod semel in anno dicis eos ad domum dei, quæ est in Mecha ire propter recognitionem, & ibi orare, quam dicunt fuisse Adæ & Abrahæ, non ex auctoritate habent, sed quasi commentum aliquod fingunt. Antequam enim legem prædicasset, domus hæc idolis plena erat. Sed si tu ò Moyse scires qualis esset domus illa, & quod secretū ibi inesset, & cur illuc Mahometus iret, & quæ in lege inueniuntur iussit facere, ualde mirareris inde. Mo. Istud rogo mihi quod dicis insinues. Licet enim hanc legem tibi prædicem, quare iter illud & cætera quæ lex præcipit ibi facere iussit, nescio. Pe. Breuiter quidem uolebam tibi notificare, sed modo rogatus monstrabo aperte. Duo filij Loth Ammon & Moab hanc domum honorabant, & duo idola ab eisdem ibi colebantur, alterum ex albo, alterum ex nigro lapide paratum. Nomen quidem illius quod ex nigro erat lapide mercurius, nomen uero alterius chamos, Alterum quod ex nigro lapide est,

Mecha idolis plena.

in ho-

in honore Saturni, alterum quod ex albo in honore matris ædificatum est. Bis in anno cultores eorum ad ipsa ascendebant adoranda, ad Martem quidem quando sol in primum gradum arietis intrat, quia aries honor est Martis. In cuius discessione, prout mos erat, lapides iaciebatur. Ad Saturnum uero, quando sol in primum gradum libræ intrat, quia libra honor est Saturni. Quod thurificabant nudi tonsisq; capitibus, usque in hodiernum diem in India, ut dixi, celebratur. Arabes uero cum Amon & Moab idola adorabant. Mahometus autem post longum tempus ueniens, pristinam consuetudinem nequiuit auferre, sed quasi quodammodo more mutato inconsutilibus tegumentis coopertos domū circuire permisit. Sed ne uideret idolis percipere sacrificare, simulachrum Saturni construxit in pariete, in angulo domus, ne facies appareret, dorsum uero tantū exterius est positū. Alterū Martis scilicet idolum quia sculptum undiq; erat, subtus terrā & lapidē supra positum misit, hominibus uero qui ad adorandum ibi cōueniunt, lapides istos osculari præcepit, & humiliatis tonsisq; capitibus inter crura lapides retro iactare, qui

qui humiliantes se dorso denudant, quod est signum legis pristinæ. Dic ergo Moyse qua intentione ista præcepit, nisi ea qua dicit Mo. Dixi tibi intentionem me nescire, quia nusquam repperi scriptum, unum tamen de lapidibus iaciendis scio, quia ad effugandum dæmones ista se dicunt facere. In libris illorum scriptum uidi, quia Bomar quidam ex decem socijs Mahometi more solito lapides deosculans sic exorsus est, uobis inquit lapidibus dico: Quod nec adiuuare nec nocere potestis scio, sed quia Mahometus fecit, illius morem exequor. Pe. Quod dixisti lapidibus iaciendis dæmones effugare, non cōsequens ratio uidetur esse, quia qd nō aliq; percipit sensu corporeo, effugare leuiter nequaquā potest. Nomine uero diuino effugantur dæmones. Mo. Quoniam quosdam audiui dicentes, dæmonia uidisse & ea audisse, ac colloquutos fuisse, miror te dicere sensu non corporali percipere. Pe. Licet angelus corporeo sensu non percipi possit, illis tamen qui secundum mandata dei incedunt, uisibiles fiunt. Similiter diabolus amicis suis uisibilis apparet. Mo. Istud quidē uellē scire, quomāgisterio, qua ue arte illos uidere, uel colloqui

loqui possem. Pe. Quare quod ad te minime pertinet scire desideras? Mo. Non ut opera exerceam, sed scientiam tantum uellem. Pe. Quomodo quod errorem tuum augeat uis addiscere? Mo. Bene me deo gratias correxisti, in uerbis tuis sensum didici. Pe. Iam satis dictum est, ad inceptum redeamus. Quia dei aduersarios Mahometus prædari, captiuare & interficere iussit, donec uel credere, uel censum persoluere uoluissent, non est hoc ex dei operibus, neq; prophetarum cuiuslibet iussit cogere aliquem credere, sed ipse hoc cupiditate præcepit pecuniæ, & ut inimicos suos destrueret. Hoc autem ut nosti non debet fieri, imo si quis aliquem conuertere uelit, non per uolentiam sed diligenter & dulciter hoc facere debet, sicut ipse Mahometh in suo testatur Alcorano, sub persona domini ita id ipsum dicentis: Si uellet dominus deus tuus, totius seculi gentes crederent. Cur ergo ut credant cogis? quia nullus nisi uoluntate dei credit. Et in alio loco, uobis inquit gentibus ueritas dei iam uenit. Qui crediderit, pro semetipso fecerit, qui uero errauerit, pro semetipso fecerit, & ego non sum super uos baiulus. Sequere uero deus inquit quod reuelatur tibi, et expe-
cta do

Mahome-
thi auari-
tia.

Ad fidē ne-
mo cogen-
dus.

cta donec deus iudicet, qui super omnes iudex est. Item in eodem, dominus, inquit, deus tuus sub una lege cunctos si uellet sine discordia poneret. Fingit item in alio loco tanquam sibi deus loquatur. Non inquit uolentia in lege debet esse, iam ueritas & iustitia apparet, qui uoluerit sponte sua credat. Item in Alcorano, uos increduli non quod oratis oro, nec quem oro oratis, & quem adoratis non adoro, mihi lex, & uobis lex discors. Et in alio loco ait: Non altercetis cum alterius legis gentibus, nisi mollibus uerbis. Quare ergo prædari, captiuare, & gentes ui cogere ad credendum iussit, & hæc omnia semitas dei esse fatetur: Dic mihi Moyse, legem que secum dissidet, quare ergo credere iubes? Mo. Liber Alcorani talis est, quod & posterior primum destruit ordinem. Pe. Alcoranus non manu Mahometh scriptus est, si enim hoc faceret ordinatus esset. Post mortem uero ipsius, socij eius qui secum morati fuerant, quisq; ut ita dicam, lectionem suam renunciens, Alcoranum composuerunt, unde nescimus quis prior quis posterior fuit ordo. Ideo autem Mahometh prædari, captiuare, & gentes interficere iussit, quod Arabes qui deum igno-

L. ran-

rantes in deserto manebant, in prædationibus delectarentur, & ut maxime illi crederent. Mo. Aestimo uerū esse quod dicis. Pe. Quod dicis illis absolutam esse omnem carnem, præter porci carnē & sanguinē, & morticinū ad uescendū, nobis quoq; absoluta est omnis caro. In hoc tantum scilicet in porci carne discordamus. Hoc autem fecit Mahometh⁹, ut in eo à lege sua nos Christiani differremus. Quod de uxoribus dixisti licere quatuor accipere & qualibet repudiata aliā accipere, hoc nulla quidem præcipitur ratio, neq; enim nisi causa filios procreandi, præceptum est uxore accipere. Quod autē emptitias & captiuas quilibet possunt habere, hoc quidem quātum ad nos adulterium est, quia multotiens pater emit aliquam stupratam à filio, & contra filius uel frater à patre corruptam. Mo. In uerbis tuis uerum creditur. Ut uero talis dissentio inter hæc præcepta erat, quare Mahomethus qui tam sapiēs uidetur fieri iussit? Pe. Mahomethus ualde scēminas diligebat, & pernimum luxuriosus erat, & sicuti ipsemet professus est, uis luxuriæ quadraginta hominum in eo manebat. Et maxime quia Arabes ualde luxuriosi erant, uoluntati

Leui. 18

Mahometh luxuriosissimus fuit.

tati eorum ut crederēt satisfecit. Quod de propria cognatione habere uxores dixeris, mos erat omnibus tunc tēporis, ut inter eos amicitia uinculum uigeret. De iudicijs unde supra dixisti, in quibusdam sane Moyfi cōsentiunt legi, in quibusdam uero dissentiunt, quod Mahometh fecit, ut aliquantulū diuersa esset lex sua, à lege Moyfi. A uino ideo semper abstinere iubentur, ne forte socij inebriati patefacerent ruinā populi. Quæ de paradiso prædicasti prætermittenda sunt, quia ratione non possunt cōprobari. Separata quippe anima à corpore & quatuor elementis à se inuicē separatis, nō utet homo his rebus secularib⁹, eo modo quo prius, qđ supra dānauimus in titulo tertio, ubi locuti sumus de resurrectione mortuorū. Sapiens minime huiusmodi paradysum credit, nec talibus decipitur uerbis. Homines autē tēporis Mahomethi, sine lege, sine scriptura, toti⁹ boni insci, præter militiam & aratrum, appetentes luxuriam, deditiq; gulæ, facile secundum uoluntatem eorundem prædicari poterant. Si enim aliter faceret, non ad legem suam eos impelleret. Moy. Absque dei adiutorio talis tamque magna gens, non in eum

L 2 cre

crederet. Pe. Si cū dei adiutorio cuncta pere-
gisset, non multotiens deuictus fuisset, nec
ut supra diximus, dētes illius in bello crepuis-
sent, qui ut cæteri reges uincebatur, & uince-
bat aliquādo. Sed post mortem ipsius omnes
ab eius lege discere uoluerunt. Ipse enim di-
xerat tertio die corpus suum deferendum es-
se ad cœlum. Ut uero illū mendacē cognoue-
runt, & cadauer scetere uiderunt, inhumato
corpore maxima pars discessit. Alius autē
Abitharij filius, quidam ex decem Mahome-
thi consocijs, post mortem ipsius regnū ade-
ptus est. Qui blande prædicauit, & callide ad-
monuit ad credendum gentes, & dixit illos
nō bene intelligere Mahomethi sermonem.
Mahomethus, inquit, nō dixit, quod ante se-
pulturam uel uidentibus hominibus subleua-
retur ad cœlum. Dixit quippe quod post se-
pulturam corporis, angeli eum nescientibus
cunctis delaturi essent ad cœlum, unde quia
statim non eū sepelierunt, idcirco scetere in-
cepit, ut statim sepeliretur. Hac ergo causa
gētem in errore pristino parumper detinuit.
Duo fratres scriptores Mahomethi, nomi-
ne Hazan, & Hozam, ieiunijs & uigilijs for-
titer corpora macerantes, pene ad mortem deue-

Deceptio
Mahome-
thi & men-
dacia.

deuenerunt. Pater uero eorum sæpe filios ad-
monebar, ne per tam longam macerationē
sua fatigarent corpora. Ipse autem uidens il-
los stultos esse, & ad mortis ostium præ ni-
mio labore iā deuenisse, de Mahometho uti
erat rē patefecit. Cognita autē nequitia illius
à patre, cœperunt comedere, & uinū bibere,
& sicut in sua lege fortiter antea perstabant,
ita deniq; legē quāuis non ex toto dimittere
cœperunt. Sed quædam pars gentis istos in
cōsuetudine infecuti sunt. Omibus ergo mo-
dis ò Moyses possumus agnoscere, eū neq; ue-
rū prophetā esse, neq; dicta illius uera fore.
Licet multa quæ de eo dicere possumus præ-
termittamus, unū tñ qđ nos & uos credim⁹
intromittam⁹, Christū scilicet quē equaliter
credimus mortuū & crucifixū, ipse denegar.
Ait enī ipse: Christū non occiderūt neq; cru-
cifixerunt, sed uisum est illis. Non solū autē in
hoc mēdacē eū inuenies, sed oēs libros & pro-
phetarū dicta relegē, & in cūctis quæ de ipsis
dixit, mentitū reperies. Quō ergo illū men-
dacē me credere hortaris, cū in omnibus fal-
lacē inuenieris? Dei omnipotentis deprecor
pietate, ut me ab illius errore liberet & quā
cepit legē implere pficiat. Amē. FINIS.

L 3 TITV.

Christus
in cruce
uere mor-
tuus.

TITVLVS

SEXTVS DE TRINI-
TATE.

M O Y S E S.



SATIS hucusq; contra sectam nostrā & sectam Saracenorū disputatum est. Vtranq; enim, tum ex ratione, tum ex auctoritate confutasti. Nunc autē qua-

lis sit tua fides expone, & modum tuæ credulitatis sub capitulis distingue. Pe. In mei principio libri, meæ iā modum credulitatis subtilis tibi prædixi. Nunc autem quære sub quolibet titulo in eodem disputando, & liceat tibi si potueris quæ à me dicta fuerint destruere. Mo. Hoc desidero, si potero. Nūc itaq; incipiam quære de prima tuæ credulitatis parte, scilicet quomodo deus est unus, & tres personæ, ita ut nulla harum anterior naturaliter alia tempore sit, nec alia substantialiter separetur ab alia, quas uidelicet Christiani patrem & filium & spiritum sanctum dicunt. Deinde de alijs tuæ partibus credulitatis disputabimus, donec omnes cōpleamus. Explana ergo quid sint hæ tres personæ, &

hoc

hoc primū rationabiliter. Pe. Volo tres personas, substantiam sapientiam, & uoluntatē dicere. Ideo autem personam primam substantiam appello, quia in ipsa & de ipsa sunt sapientia & uoluntas, & ipsa de nullo, quāuis tres personæ omnes sint una substantia. Mo. Possunt ne ratione inueniri hæc tria? Pe. Possunt. Nam in prima parte mei libri de substantia quidem satis firmiterq; quia sit, tractauimus, nec ultra de ea quære indigemus. Sed utrum sapientia & uoluntas ipsi insint substantiæ, restat explanandum. Mo. Hoc interrogo ego. Pe. Cum igitur constet uere substantiam esse, & ipsam creatricem omnium rerum, & initium initiatarum, & facturam facturarum, necesse est ut habeat sapientiam & uoluntatem, ut scilicet sciat quid facere uelit, antequam faciat, & ut etiam facere uelit, quia antequam opus in demonstratione prodeat, prius in animo imaginando formatur, & hæc imaginatio est sapientia. Cum autem sic sapit, aut facit, aut non facit. Non autem facit, si non uelit. Si uero facit, & uult, & hæc est uoluntas. Ergo apparet in nostro sermone, opus præiri sapientia & uoluntate. Mundi ergo creator,

L 4 crea

In diuinis
una ē sub-
stantia.

Substantia
Sapientia
Voluntas.

creare aliquid nequiuit, antequam in eo sapiens
 re esset & uelle. Mo. Verū est. Pe. Ergo deus
 est substantia, sapientia, & uoluntas. Mo. Ve-
 rum est. Sed adhuc probare habes, quia hæc
 sapientia & uoluntas, æternaliter in deo sunt,
 & ab eo inseparabilia, nec per tempus ipsis
 anterior est ut credis. Pe. Verificabo. Cum
 enim constet, quia deus sapientiam habeat
 & uoluntatem, scire debemus, si hæc sapien-
 tia & uoluntas in eo sint existentes, & non se-
 parentur ab eo, aut extra eum, an aliquando
 cum eo, aliquando non. Mo. Verum est quia
 in eo sunt, & non separantur ab eo, quia nisi
 sic esset, tunc deus esset non sapiens, postquā
 esset sapiens, & esset sine uoluntate, postquā
 habuisset uoluntatem, quia fieri non potest,
 ut postquam in eo sint separentur ab eo, nisi
 per accidens, & accidens nō inuenitur in eo.
 Pe. Benedicat te deus, quia bene intellexisti
 ueritatem & concessisti, & bonam fidem te
 habere monstrasti. Sed adhuc debes inquire-
 re, utrum hæc sapientia & uoluntas sint eter-
 næ, uel initium habuerint. Mo. Ponatur mo-
 do quia initium habuerint. Pe. Tunc uerba
 tua sibi sunt repugnantia, Dixisti enim, quia
 deus non potest esse non sapiens, postquam
 esset

esset sapiens, nec sine uoluntate, postquam ha-
 buisset uoluntatem. Deinde quia posuisti eas
 dem habuisse principium, tunc aliquando in
 eo sunt, aliquando non. Mo. Hoc assertioni
 meæ, minime est contrarium. Dixi enim su-
 perius, deum non posse sapientia & uolunta-
 te carere, postquam habuerit. Quia uero eas
 dem principium habere concessi, nequaquā
 contradixi eum posse habere, quod non ha-
 buerit. Pe. Sane si exordium habuerunt, aut
 deus eas creauit, aut ipse se. Mo. Proculdu-
 bio deus eas creauit, quia nulla res seipsam
 creat. Pe. Ergo si deus eas creauit, cum initiū
 habuerint, indignuit ipse creator alia sapien-
 tia, & uoluntate, quibus eas crearet & ut di-
 ctum est, necesse est operatori sapientiam ha-
 bere & uoluntatem, antequam quid opere-
 tur, & sic in infinitum. Necesse ergo est ut sa-
 pientia & uoluntas æternaliter in deo sint, &
 ab eo inseparabiles, nec anterior illis sit tem-
 pore. Et hoc est quod cupimus explanare.
 Mo. Verum est. Rectum enim est & utile ue-
 ritati nos annuere. Sed restat dicendum, quæ

harum scilicet sapientiæ & uoluntatis, dica-
 tur filius, & quæ spiritus sanctus. Mo. Cum er-
 go nulla earū anterior alia sit tempore, ne-

Sapientia
 in diuinis
 filius dicitur
 uoluntas
 uero spiri-
 tus sanctus.

L s que

que substantia anterior ipsis, potest ne aliqd horum trium antierius esse aliquo locutionis ordine? Pe. Potest equidem, & est ordine nominum, non natura. In substantia enim sunt sapientia & uoluntas, & ideo est prima. Sapientia uero ideo prior est uoluntate, quia priusq̄ creator aliquid uelit, oportet eū sapere, quid uelit. Hac itaq; noīm ordinata ratione, substantia sapientia & uoluntate anterior est, & sapientia anterior uoluntate. Simili etiā modo in his nominibus, pater scilicet, filius & spiritus sanctus. Ideo autē de huiusmodi re tecū egimus ita crasse, ut tu qui subtiliora nō percipis, isto saltē mō quicq̄ inde posses percipere. Quod si cū aliq̄ inde loqueremur Christiano, multo inde subtilius cū eo disputare possemus. Mo. Cū igit̄ ratioē ostenderis, deū sapientia & uoluntatē habere, potest ne in aliquius autentici libri reperiri serie, creatorem ipsum in mundi creatione, sapientia & uoluntate usum fuisse? Pe. Etiā. De sapientia enim Salomon in prouerbijis ait: Dñs fundauit sapientia terrā, stabiliiuit celos prudētia. De uoluntate uero Dauid in Psalmo: Oīa quæcūq; uoluit fecit. Mo. Et quid est qd tu secundā trinitatis uestre personā nomine isto, qd est sapientia

Prouer. 3
Omnia in
sapientia
fēcisti.
Psal. 103

piētia nuncuparis, cū uerbū appellet̄ ab alijs? Pe. In hoc sane contrarietas est nulla. Verbū nāq; dei perfecta ei⁹ est sapientia: qd & Psal-
mista ostendit cum dicit: Verbo domini cœ-
li firmati sunt. Patet igit̄ quia sapientia dei & uerbū eius, idem est. Mo. Hactenus de explanatiōe trinitatis satis philosophice tractasti, sed uellē una saltē scripturaz̄ auctoritate approbari in deo plures esse personas. Pe. Non una probabo sed plurib⁹, nec obiectis, sed apertis intelligentibus. Mo. Pande ergo. Pe. Quæ est res apertior, & ad hoc cōprobandū ualentior, quā noīm dei explanatio, ut ELOHIM & ADONAY? ELOHIM em̄ pluralitatē demonstrat, cuius singulare est ELOHA. Cum autē dico ELOHAI tale est ac si dicere dei mei, pluralitatē deorū, & unā trīn dicere dī nostri, pluralitatē utrorūq; signando, & deorū & ipsorū dicentiū. Quod et si ELOHI dicat̄, tale est ac si diceret̄, deus meus. Sed hoc in nulla Hebraica inuenit̄ scriptura, quod aliquis homo deū unq̄ ELOHI appellaret, quāuis secundū ipsius Hebraicæ linguæ regulas dici possit. Mo. Nam in uestro inuenitur euangelio Christum in cruce ELOHI
appel-

Psal. 32

Mar. 15
Matth. 27

appellasse. Pe. Hoc quidem mihi nullum esse noui contrarium. Christus enim deum patrem inuocabat, una scilicet tantum de tribus personis, unam tantum aliam. Simili modo in nomine quod est ADON, id est, dominus. Nam cum dicimus ADON, singularitatem demonstrat, cum ADONAY, quasi dicam domini mei, pluralitatem signando de minorum, & dicentis unitatem: cum autem dico, ADONEMI, quasi dicam domini nostri, & plures dominos, & plures signando dicentes: cum uero dico ADONI, quasi dicam dominus meus, & dominum unum, & dicentem notando unum. Hoc uero nomine homo tantum ab homine, sed deus nusquam sic appellari inuenitur. Cum itaque in scripturis sacris reperiatur deus appellari ELOHA, & ADON, quod singulariter deus uel dominus interpretatur, ergo est unus. Et aliam cum iterum reperiatur appellari ELOHIM, & ADONAY, quod pluralitatem significat, plures demonstrantur dii. Quod uidetur contrarium, Aut enim unus erit deus, aut plures. In deo autem non est hoc contrarium. Quod enim se singulari nomine appellauit, ad unum profecto respicit substantiam, quod uero plurali

rali, ad plures personas. Est enim unus deus, in pluribus personis. Mo. Quod hec nomina dei ELOHIM scilicet & ADONAY pluralitatem significant, sed in regulas artis literatorie contingit. Quod uero deus se ita appellauit, nullis coactus regulis, sed iuxta placitum suum fecit, & placitum quidem suum nullis debet regulis subiacere. Pe. Verum quippe est, nomina illa nullis debere regulis supponi, sed hoc si propria sint, non appellatiua. Sunt autem hec appellatiua, & ideo regulis recte debent supponi, sicut superius explanauimus. Itaque ubi singulariter proferuntur, singularitatem, ubi uero pluraliter, pluralitatem significant, quemadmodum inuenimus in Genesi, Loth angelos appellat Gene. 19 se ADONAY, hoc est domini mei, quia angeli duo profecto erant. Et aliam in eodem libro Laban increpas Iacob, ait: Cur furatus Gene. 31 es ELOHAY, hoc est deos meos? Et in Psalmis inuenitur scriptum: Ego dixi ELOHIM Psal. 81 matem, id est, dii estis. Et ad Israeliticum populum dominus per Moysen loquens, ait: Non Exo. 20 habebis ELOHIM HERMI, hoc est, deos alienos. Similibus quoque testimonijs libri prophetarum satis abundabunt. Mo. Licet ostensum sit ELOHIM, & ADONAY, pluralitatem

Gene. 1

tem significare, cum tñ de deo dicuntur, significant singularitatē, qđ per actū cui adiunguntur notatur, cū singulari uoce dicat. Dicit em̄ de deo, fecit, dixit, uel aliud aliquid tale, et nō dicit, fecerunt, sine dixerunt. Pe. Hęc est mea auctoritas, quod nomen dei pluraliter dicit, & actus singulariter, ac per hoc patet, quia deus unus est in pluribus personis. Et tñ ut oēs tuas obiectiones præcidā, possum quidē demonstrare, & nomen dei & ipsum etiam actum pluraliter proferri. Quod licet ita sit, cū iam superius multis ostensum sit rationibus unū tm̄ modo deū esse, ad plures deos illud referre non possumus. Ad unū ergo deū, & plures psonas illud referri necesse est. Mo. Si hoc quidem ostenderis, iam optime quod proposuisti probatum erit. Pe. Quod si deo opitulante hoc tibi ostendero, credes unum, & plures personas? Mo. Nullum sane tecum super hac re feriam pactum, sed tantum atēte uellem audire. Pe. Noui certe cordis tui duritiam, sed tamē iam illud tibi ostendam, per hoc em̄ forsitā boni alicuius memor eris. In lib. itaq; Samue. scriptū est, quia cū Philistinim archā dñi contra se uenire uiderēt, dixerūt, **ELEHEM ELOHIM**, id est, hi sunt dii qui

qui percusserūt Aegyptū om̄i plaga in deserto. Hic em̄ & nomen dei & actus pluraliter profertur. Mo. Ego sane per hoc qđ proposueras te probasse non concedo. Hęc em̄ dicebat gens, non unū sed plures deos credens, & opinabat, quia plures essent dii Israel, quē admodum & sui erāt. Pe. Quandoquidē hoc non cōcedis, iā tibi consimilē in prophetarum libris ostēdam sermonē. Est enim scriptū in **Gene. 35** **Gene. 35** Locutus est dominus ad Iacob: Surge & ascende Bethel, & habita ibi, facq; altare deo, qui apparuit tibi qñ fugiebas fratrem tuū. Hic quippe & nomen dei & actus, singulariter profertur. Deinde scriptū est in eodem libro, præceptū dñi Iacob implese. Sequit̄ em̄: Aedificauitq; ibi altare, & appellauit nomen loci domus dei. Ibi enim apparuit ei deus, cum fugeret fratrem suum. Hic autem & deus, & apparuit, in Hebraico pluraliter profertur. Habetur quippe ibi **ELOHIM** & **NIGLV**, quod pluraliter apparuerunt significat. Si enim singulariter apparuit dicere uellet, **NIGLA** posuisset. Item etiam in libro Samuelis David laudans deum, ait: Quæ est autem, ut populus tuus Israel, gens in terra, propter quam iuit deus, ut redimeret

2. Re. 7

Micr. 10


meret eam sibi in populum. Hic etiam simi-
liter & deus, & iuit, in Hebraico plurale est.
Hic enim similiter habetur ELOHIM, &
HALCV, quod est iuerunt, cuius singulare
est HALACH. Redimeret autem, & sibi, sin-
gulare. Item in Hieremia legitur: Dominus
autem deus est uerus, deus uiuens, & rex sem-
piternus. Hic iterum & deus, & uiues, in He-
braico pluraliter dicitur. Cum igitur in scri-
pturis dei nomen & actus, quandoq; singula-
riter, quandoq; etiam pluraliter proferatur,
utrunq; patet, quia & deus unus est, & plures
personæ. Mo. Cum ex noibus dei ostensum
sit, unum esse deum in pluribus personis, restat
querendum, cur tres tantum sint personæ si-
cut credis, & non duæ, uel quatuor uel plu-
res. Pe. Illud sane iam superius ostendimus,
tres scilicet esse personas, cum de hoc per
rationem ageremus, quod si tu dissentias cum
iam ex nominibus dei plures esse perso-
nas concesseris, dic ergo quot personas nu-
mero credere uolueris, & ego si possum ra-
tiones tuas debilitabo. Mo. Ego certe neque
duas neque tres, nec ullum credo numerum per-
sonarum, hoc uero quesui, ut tuis rationibus
contra irem. Pe. Trinitas quidem subtile quid
est &

Trinitas

est ineffabile, & ad explanandum difficile,
de qua prophetæ non nisi occulte locuti sunt
& sub uelamine, quoad usq; uenit Christus,
qui de tribus una personis, fidelium illam
mentibus pro eorum reuelauit capacitate.
Si tamen attendas subtilius, & illud dei no-
men, quod in secretis secretorum explana-
tum inuenitur, inspicias יהוה , nomē inquam
trium literarum, quamuis, quatuor figuris,
una namq; de illis geminata bis scribitur, si
inquam illud inspicias, uidebis quia idem no-
men & unum sit & tria, Sed quod unum est,
ad unitatem substantiæ, quod uero tria, ad
trinitatem respicit personarum. Constat au-
tem nomen illud his quatuor figuris, יהוה &
 יהו & יה quarum si primam tantum coniūxe-
ris & secundam scilicet יה , erit sane nomē
unum. Item si secundam & tertiam יה scilicet
& ה , iam habebis alterū. Similiter si tertiam
tantum copulaueris atq; quartam scilicet ה
& ו inuenies & tertium. Rursus si omnes si-
mul in ordine connexeris, non erit nisi
nomen unum, sicut in ista patet
geometrali figura.

tis myste-
riū ineffa-
bile.Trinitatē
personarū
Christus
docuit.Nomen
 יהוה
Trinitatē
& substan-
tiæ unita-
tem pul-
chre adū-
brat.

M Perpen-



Nomen te
tragrama
ton.

Deut. 4

Exo. 20

Perpende itaq; ò Moyfes quàm secretum fit & subtile nomen istud & ineffabile, & quod non nisi perspicaci mentis intuitu, & profunda ualeat agnosci indagazione, testante Moyse, qui ait in Deuteronomio. Scito hodie & cogita tu in corde tuo, quod dominus ipse est deus, in cælo sursum, & in terra deorsum, & non fit alius. Vbi enim in Latino ponitur dominus, in Hebræo quidem prædictum nomen inuenies, ubi uero deus in Latino, in Hebræo scribitur ELOHIM, quod pluralitatem significat. Vt autem patefceret eundem esse deum, qui & singulari proprio, & plurali appellatio nuncupatur uocabulo, sed & ne plures deos fore putarent, adiunxit, & non fit alius. Quod uero dixit Moyfes, scito & cogita tu in corde tuo, reuera insinuat, quia no-

minis

minis huius archana subtilitas, neq; uisu, neque auditu, neq; de corporeis sensib' aliquo, nisi tantum mentis intellectu perspicuo, & miro possit perpēdi ingenio. Poreft etiam in multis alijs trinitas denotari, sicut in fimbrijs, quas dominus filios Israel in uestimentis suis per Moyfen habere præcepit dicens: Loquere filijs Israel, & dices ad eos, ut faciāt sibi fimbrias in angulis palliorum, ponentes in eis uitras hiacynthinas, quas cum uiderint, recordentur omnium mandatorum domini. Fimbriæ quippe illæ quatuor erant filorum, sed duplicatorum, in superiori quidē sui parte tres nodos habentes, in inferiori uero duos. Sed per fila quatuor, quatuor anni tempora designantur, per filorum uero duplicitatem dies & nox, uidelicet ut quatuor anni temporibus, idem toto anno, nocte quoque & die, dei mādatorum memores essent. Nam per tres nodos superiores, trinitas personarum, per duos autem inferiores, duo insinuantur testamenta, lex scilicet Moyfi, & euangelium. Notatur quoque trinitas in tribus benedictionibus, quibus Aaron & filij eius benedicebant filijs Israel ex præcepto domini dicētis ad Moyfen; Loquere Aaron

Nominis
Tetragrama
maton ar
chana sub
tilitas.

Numc. 15

Fimbriæ
in pallijs
quales fue
runt.
Trinitas
Iudæorū
fimbrijs
designat.

Numc. 6

M 2 & fi

Benedicendi populi modus pulcherrime describitur.

Trium digitorum in Iudaeorum benedictione erectio ne trinitatis mysterium adumbratur.

Esaia 6.

& filijs eius. Sic benedicetis filijs Israel, & dicetis eis: Benedicat tibi dominus, & custodiat te, ostendat dominus faciem suam tibi, & misereatur tui, conuertat dominus uultum suum ad te, & det tibi pacem. His quippe benedictionibus sacerdos alicui benedicens, protensas ante uultum suum palmas utraq; tenebat. Cum uero dicebat dominus quem Hebraice illo quod supra diximus trino & uno nomine exprimebat, tres digitos priores, pollicem uidelicet, indicem, atq; medium, manus utriusq; rectos altius erigebat, & dicto ita domino, digitos ut prius remittebat. Sed dic mihi o Moyses. Quid trium digitorum elatione melius quam trinitatis excellentia poterit allegorizari? Quod si quid aliud super his notare tu noris, & ualeas, mihi queso edisseras. Mo. Sane neq; illud quod dixisti, neque quicquam aliud super hæc unquam notauimus. Sed nec doctores nostri quippiam notandum esse dixerunt. Pe. Quid etiam nisi trinitas personarum in eo quod dicit Esaia propheta notari potest, trina uidelicet angelorum uoce laudantium deum & dicentium: Sanctus, sanctus, sanctus, dominus deus sabaoth. Cur enim ter tantum sanctus

ctus dicunt magis quam semel, uel bis, uel decies, uel centies, uel alio numero aliquo? Cur si breuiter laudare uellent semel sanctus non dicerent? Si uero multum, cur non centenam uel millenam, uel innumeram laudem exhiberent? Mo. Nos quidem in angelorum laude causam nullam uocis illius trinae, nisi placitum scimus ipsorum. Pe. Si ad singula quæ proposuero nescimus responderis, quid aliud quam te uictum & contrarie nescientem fateris? Testatur sane & Dauid personarum trinitatem cum dicit, querite dominum & uirtutem eius, & querite faciem eius semper. Quid est enim quod dixit querite dominum & uirtutem eius, & querite faciem eius, nisi querite patrem & filium & spiritum? Quid namq; per uirtutem domini nisi filius eius, quid uero per faciem, nisi spiritus sanctus intelligitur? Quod si tu aliud intelligas edisserere. Hæc itaq; sanctarum testimonia scripturarum de trinitate personarum, satis intelligentibus sufficere poterunt. Si enim cuncta quæ possem super hæc inducere testimonia, liber ea magnus non caperet. De his igitur hæcenus. Si quid autem aliud habes interrogare, ne moreris. FINIS.

TITVLVS

SEPTIMVS QVOMODO VIR

go Maria, spiritu sancto concipiens

sine uiri commixtione peperit.

M O Y S E S.



IA M de Maria uolo edisse
ras, qualiter eā sine uiri co-
pula peperisse credas, & e-
go si potero cōtraibo. Pe.
Credimus sane spiritu san-
cto in eam superueniēte, &

uirtute altissimi ipsam obumbrāte, de ipsius
membris, ut deo placuit, uires in unum con-
uenisse, et ita eam sine uiri copula concepisse.
Mo. Mira quidem res est ad intelligēdum dif-
ficilis, quēadmodum de matre filius sine pa-
tre carnali gigni potuerit. Videmus enim in
ista hominum consueta generatione, quia ni-
si duabus naturis conuenientibus, uiri quidē
ac scēminā, homo generari non possit. Pe.
Cur ista generatio mira tibi uidetur, & inef-
fabilis, cum iam consimilem audieris, quam
credimus & nos & uos, Euā uidelicet sine
matre de patre, hoc ē de carne Adā preari?
Mo. Potuit sane generatio illa sicut & ista p
miraculum fieri, sed de ista quidem quod fue-
rit au

Lu. 1
Matth. 1

Gene. 2

rit auctoritatē habemus, Moyfi uidelicet, cui ^{Gene. 2}
nullus contradicit legitimus, de illa uero nul-
lam puto auctoritatē inuenies, si tñ de libris
prophetarum aliq̄ audieris profer. Pe. Non
unam quidē super huiusmodi re dicā aucto-
ritatē, sed multas, cū de futura Christi natiui-
tate, multis in locis prællocuti sint prophetae,
Mo. Si qd̄ dicis effeceris, tuā proculdubio fi-
dē tutaberis. Pe. In primis igit̄ recordare qd̄ ^{Esa. 7}
per Esaiam ad Achaz dictū est, regem Iuda.
Superuenientibus enim super eū hostibus suis,
rege uidelicet Armeniā, & rege Israel, sic ad
eū locutus est Esaias: Ne timeas inquit ò A-
chaz, quia non destruet Hierusalē, & ne dubi-
tes. Pete tibi signū à dño deo tuo in profun-
dum inferni, siue in excelsum supra. Et dixit
Achaz: Non petā & nō tentabo dñm. Cum
autem cognouisset Esaias, quia nō bona fide
dixisset Achaz, imo q̄a deū nō timeret, aut
amaret, respondens: Audite inquit ergo do-
mus David: Nunqd̄ parū uobis est molestos
esse hoibus, q̄a molesti estis & deo meo: Pro-
pter hoc dabit dñs ipse uobis signū: Ecce uir-
go concipiet, & pariet filium, & uocabit no-
mē eius emmanuel. Et hæc quidē propheta <sup>Luca 1
Matth. 2</sup>
propter Christum dicta est, & ad beatā per

Fecūditā
tē uirginis
Mariæ E-
saias præ-
dixit.

M 4 ange-

angelum Mariam repetita. Mo. Et quomodo hoc stare poterit, quod hæc quæ ad Achaz nuntiauit Elaias, propter Christum ut afferis dicta sint & Mariam, cum ab Achaz usque ad Mariam multa ut ipse nostri annorum centena transierint: Pe. Si propter Christum & Mariam dicta esse non credis, propter quæ ergo prolata fuisse arbitraris: Mo. Profecto propter uxorem Achaz, & filium eius Ezechiam qui de ea natus est. Pe. Falsum est quod dicis, & hoc per imperitiã astruitis, uel quia deo nec reuerentiã nec honorem exhibetis, quin de eo mentiri & male sentire præsumatis. Eo namque tempore quo hæc ad Achaz dicta sunt, iam erat rex ipse, sed & filius eius Ezechias, nouem iam annos transierat. Die etenim prima regni Achaz erat ipse XX. annorum, & regnauit annis XVI. Ezechias autem filius suus, qui ei proximus in regno successit XXV. annos habebat, quando regnare cepit. Nouẽ itaque annos habebat Ezechias, quando pater suus rex effectus est. Hæc igitur de qua agimus prophetia, neque propter uxorem Achaz, neque propter filium suum Ezechiam dicta est. Mo. Volo igitur mihi ostendas & explanes, qualiter propter Mariã &

eius

eius filium dicta sit ista prophetia. Pe. Multa certe in ipsis prophetiæ uerbis inueniam, quibus perfacillime conuincam ipsam non propter Achaz uel filium eius, imo propter Mariam & filium eius Christum fuisse prolata. Licet enim ad Achaz loqueretur propheta, non solum tamen ad eum, uel de suo tempore dicta est prophetia. Propter hoc enim dictum est, Audite domus Dauid, non audi tu Achaz. Item quod propheta: dabit dominus inquit ipse uobis signum, quia addidit ipse, ac si diceret non alius, ex hoc potest intelligi, ipsum dominum signum esse futurum. Quod etiam pluraliter ait uobis, & non tibi, innuitur non propter Achaz, uel ad ipsum solum hoc fuisse dictum. Sed & quod sequitur: Ecce uirgo concipiet, & pariet filiũ, & uocabit nomen eius emmanuel, patenter insinuat non de uxore Achaz, uel filio eius dixisse prophetam. Nam neque mulierem maritatem uirginem uocasset, nec miraculum aliquod esset siue signum, mulierem uirum habentem concepturam, uel filium fore parituram. Quin & in hoc quod ibidem legitur: uocabit, duo sunt notanda, scilicet quod & deus sic appellari filium uolebat, & quod

Esa. 7

M 5 sine

sine carnali patre uirgo foret puerum genitura. Propter hoc enim ait uocabit, ac si diceret, ipsa tñ uocabit, & non pater. Nouimus etiã qđ neq; aliq; Achaz fili? neq; quisq; ali? homo temporis illius, hoc nomine quod est emmanuel sit uocat?. Mo. Miror sane super te, uiro linguæ nostræ tã perito, qđ ita uerba confundis, & scripturas peruertis. Neq; em̄ ut ipse nosti posuit propheta nomen in Hebraico, qđ uirginē reddat in Latino. Quod si facere uellet, utiq; bethula posuisset. Posuit autē halma, qđ puellam tñ significat. Pe. In iuste profecto ò Moyses contradicis, nec linguæ usum Hebraicæ, uel naturam agnoscere uideris. Mulier nãq; siue iuuenis siue amosa, quãdiu uirgo ē, appellari potest bethula, quãdiu autē iuuenis est, uirgo sit aut corrupta, potest nuncupari nahra. Halma uero uocatur nulla, nisi sit & iuuenis & intacta. Quod autem addidit propheta de puero dicens: Butyrum & mel comedet, ut sciat reprobare malum & eligere bonum, dic quæso ò Moyses quid per mel illud intelligi uoluit & butyrus uoluit ibi aliquam innuere allegoriam, uel mel simpliciter protulit & butyrum? Mo. Nos quippe illud nequam, nisi simpliciter intelligi-

Bethula.

Nahra.
Halma.

Mel & butyrum qđ significet.

telligimus, scilicet quia sapiens erit, boniq; & mali discretionē habebit, ideo inquit, mel comedet, et butyrum, qđ dulce est atq; bonū. Pe. Non ideo sane sapiens est reputandus, qđ mel comedet & butyrum. Licet enim sint dulcia, cum salubria non sint, nec sunt bona, & qui illud quod nec salubre nec bonum est comedit, quomodo sapiens erit? Quod si alio modo ut possibile est, uerbū illud intelligas, scilicet, quod mel comedet & butyrum, propter hoc ut sciat reprobare malū & eligere bonū, id est, ut per mellis comestionē & butyri, boni habeat cognitionē & mali, id est, sapiens sit, si ita inq; intelligis, sapiens mihi non uideris, ubi enim in rerum innuitur naturis, quod sapientiam conferat butyri comestio siue mellis? Sane nusquam. Restat igitur ut illud allegorice intelligamus. Mo. Et quam ibi potes intelligere allegoriam? Pe. Potest quippe per hæc duo uerba lex utraq; intelligi, Euangelium & lex Moyfi. Multis siquidē

Psal. 18. &
118.
Verba dñi
melli & lacti
comparantur.
Ezech. 3
Esaiæ 7.

in locis inuenimus in pphetis, uerba dñi mel
li cōparari et lacti. Mo. Quid est igit qđ sequi
tur, anteq; sciat puer reprobare malum & eli
gere bonū, derelinquetur terra, quã tu detesta
ris à facie duorū regū suorū? Quid inquã per
huiusmo-

huiusmodi uerba uoluit intelligi propheta? Innuunt enim uerba ista puerum de quo est prophetia tempore illo fuisse natum. Pe. Vis quæso ò Moyses prophetarum uerba ordine locutionis humanæ consueto accipere? Nequaquam potest hoc esse. Sunt enim ut somnium uerba eorum, & sicut uerba hominū feбри acuta laborantium, uel alio morbo delirantium, nullo ordine sunt connexa, sic & prophetarum uerba nulla sunt cōtinuatione prolata, nec quid prius dicant respiciunt, siue posterius, nisi sicut eis sanctus reuelat spiritus. Quare sic sunt uerba hæc cōnectenda. Bu tyrum & mel comedet, ut sciat reprobare malum, & eligere bonum, quia ante subauditur quàm comedat, sciet reprobare malum & eligere bonum. Hæc enim est Hebraica ueritas, & hic demum finitur illa, quæ propter incredulitatem Achaz, ad domum Dauid dicta est prophetia. Nam quod statim sequitur, terra derelinquetur, & cætera, propter aliud dicitur, sicut & alibi inuenimus: Legitur em̄ in Exodo: Dixit Moyses ad dominū: **Quis** ego sum ut uadam ad Pharaonem, & educā filios Israel de Aegypto? Qui dixit ei: Ego ero tecum, & hoc habebis signum, quod miserim

Propheta
rū uerba
qualia fuerint.

Exod. 3

ferim te. Cum eduxeris populū meū de Aegypto, immolabis deo super mōtem istum. Cum eduxeris populum meum &c. signū est se uideretur illius quod ait, quod miserim te, sed non est. Educto enim populo de Aegypto, & Moysē super mōntem illum immolante, iam cognoscebant omnes Moysen, & prophetam, & à domino missum esse. Aliud igitur more prophetæ cœpit ibi Moyses dicere, quàm quod prius dixisset. Quod si contradicas, & quod signum illud fuerit quæras, scias esse signum illud quod ait: Ego ero tecum. Mo. Si ita est, quid est quod in sequentibus legitur, antequam sciat puer uocare patrem suum, & matrem suam, auferetur fortitudo Damasci, & spolia Samariæ coram rege Assyriorum: Nonne enim de eodē puero dicta sunt hæc omnia, illo scilicet qui ante destructionē natus fuit? Pe. Non omnia sane de Christo intelligimus dicta esse. Potuerunt ista itaq; dici, nō de eo sed de puero illo qui eo tēpore natus fuit, de q̄ dominus ad prophetam, uoca inquit nomē eius accelera spolia detrahete, festina prædari, uel de alio aliq̄. Mo. Illum certe puerū qui emmanuel est uocat, ostendam ego tibi, quia illo fit tpe natus.

Cum

Esaia 8.

Esa. 8

Esaia 8

Cum em̄ loqueret̄ propheta de aduētū regis
Assur super terrā Iuda, ait de eo: Et erit extē
sio alarū eius, implens latitudinē terræ tuæ ò
emmanuel. Hic namq; ostēdit, tpe aduentus
eius iā esse emmanuel. Pe. Non sane per hoc
conuincēs, emmanuel tūc tēporis natū fore.
Neq; em̄ fuit hoc eius nomē secundū corpus
sed secundū deitatē, secundū quā & in eo tem
pore, & ante & post constat emmanuel esse.
Mo. Iam ex his tuis uerbis intelligo tale qd,
qd antea nō dixisti, uideris em̄ innuere, pue
rū de quo loqueris, deū et hoīem fore. Pe. Ita
pauldubio credo ego, qd & in meæ fidei ex
planatione notauit, & tibi ostendā si qñ illud
quæsieris. Mo. De hoc non quæro ad presens
ego, imo prius uolo respōdeas, si quā adhuc
auctoritatē habeas de propheta, qd puer il
le, filius Mariæ, de matre sit natus sine carna
li patre. Pe. Habeo utiq;. Ait em̄: Rorate cœ
li desuper & nubes pluāt iustū, aperiat̄ terra
& germinet saluatorē, et iustitia oriat̄ simul,
ego dñs creauī eū. Per hoc nāq; qd ait: Rora
te cœli desuper, & nubes pluāt iustum, nota
uit spiritū factum de cœlo fore descēsurum,
per hoc autem quod sequitur: aperiat̄ ter
ra & germinet saluatorē, corpus uirginis ac
cipi-

Esaia 45

ēipimus, quæ superueniēte spiritu sancto & ^{Maria de}
conceptura et saluatorē fuerat paritura. Sed ^{spiritu}
& per hoc quod est: ego dominus creauī eū, ^{sancto cō}
innuitur, quod absq; patris carnalis auxilio, ^{cepit.}
dominus eum progenuit. Vnde & contra il
los qui hoc non credunt intulit in sequenti:
Væ qui contradicit̄ fictori suo testa de Sa
mijs terræ, & nūquid dicit lutum figulo suo ^{Esaia 45}
quid facis, & opus tuum absq; manibus est,
& uæ qui dicit patri, quid generas, & matri
quid parturis? Sic enim inuehitur in illos, qui
de hoc dubitant, & quærun̄t quōmodo deus
eum genuerit, & beatam causantur Mariā,
quod absq; uiri commixtione peperit. Iterū
contra incredulos loquens propheta, ait:
Nunquid ego qui alios parere facio, ipse nō ^{Esaia 56}
pariam dixit dominus? Si ego qui genera
tionem alijs tribuo sterilis ero, ait dominus
deus tuus? Sic namq; ostenditur, quod deus
eum sine carnali patre genuerit. Hæc sane in
telligentibus credo sufficere, quod de matre
sine carnali patre natus fuerit puer ille.

F I N I S.

TITV-

TITVLVS

OCTAVVS QVOMODO IN

corpore Christi incarnatum est uerbum dei, & fuit Christus homo, simul & deus.

M O Y S E S.



SATIS hucusq; per auctoritatem egisti, de pueri generatione, & satis patitur ratio sic fieri potuisse, sed omnibus est mirabilius quā liter humano corpori qd

est compositum, deitas quæ simpla est adiungi potuerit & uniri. Precor ergo ut promissisti ediffere, quā id fieri potuit ratione. Pe. Nulla certe fieri debuit necessaria ratione, qd solo dei nutu factum fuit atq; bonitate. Nisi enim ipse uoluisset, humanæ se naturæ non uniret. Veruntamē nulla ratione phibetur fieri debuisse. Sicut enim anima quæ simpla est, adiungitur corpori composito, & fiunt duo illa unus homo, & hoc absq; rationis contra dicto, ita nulla quoq; obstāte ratione, potuit deus homini se unire. Mo. Aliud quoq; abs te si placet uolo audire. Cum enim patrem & filium & spiritum sanctum dixeris & cre-

das

Bonitate
sua deus
homo factus est.
Tit 3.

das esse unum, dicas uelim quonam modo filium solum credas incarnatum, & non patrem uel spiritū sanctum. Pe. Tibi puto certe mirum est & impossibile, quod nos mirū non credimus esse. Licet enim ostendi nequeat hoc in deitate, quia subtile quidem & spirituale, in rebus tamen corporeis simile possumus inuenire, per quod & illud potes agnoscere, sicut in igne qui est substantia, semper inest claritas cū calore. Neq; enim ignis substantiam absq; claritate & calore, nec sine ignis substantia claritatem simul inuenies cum calore. Venit autem ad nos aliquando calor sine claritate, aliquando etiam claritas sine calore. Mo. Verum est certe quod aliquādo uenit ad nos claritas sine calore. Nā hoc possumus ex candela percipere, cuius uidemus claritatem, & non sentimus calorem. Sed non uideo de calore qualiter ad nos ueniat sine claritate. Pe. Hoc facillime possum ostendere. Si enim de metallis aliquod acciperis, & illud sic calefeceris, ut inde aliud corpus calefacere possis, si eidem te adhibueris, calorem quidem senties, & claritatem non uidebis. Mo. Iam ex uerbis tuis uideris credere, quod sicut quandoq; claritas absq; calore,

N & ca-

Filius se-
cunda per
sona in di-
uinis car-
nē assump-
psit, non
pater, nec
spiritus
sanctus.
Ioan. 14.
Ioā. 10. 17

& calor prouenit absq; claritate, & tamen non separantur ab igne, ita & filius absq; patre & spiritu sancto carnem suscepit, nec propter hoc tamen ab eis recessit. Pe. Vtiq; sic credo ego, & tu bene intellexisti, si crederes. Dixit enim ueritas ipsa: Ego sum in patre, & pater in me est, & iterum: Ego & pater unum sumus. Mo. Concedo fatis quod potuit homini deitas se unire, ueruntamen cum sic fieri necesse non fuerit, cur credere debemus factum esse? Pe. Nos sane qui prophetas mentitos esse non credimus, cum ipsi Christum deum & hominē futurū fore prædixerint, ueraciter eos & hoc dixisse credere debemus. Mo. Vellem modo mihi ostēderes, quo loco hoc pphetæ perhibeāt de illo. Nam ego certe super oīa illud abs te audire desidero. Pe. Legimus sane in Genesi dñm dixisse. Faciamus hominem ad imaginē & similitudinē nostram, & alibi, creauit deus hominem ad imaginem & similitudinē suā. Dic nunc mihi quæso, quæ est dei imago ista uel similitudo? In quo enim consimiles sunt imago dei & imago hoīs? Mo. Bonū est certe ueritatē agnoscere, & ego ueraciter dico in nullo illas cōsimiles esse. Nam & superius tū
ratio

Gene. 1

Imago dei
in hominē
quæ fit.

ratione, tum auctoritate ostēsum est & nos concessimus deū rei similitudinē habere nullius. Pe. Mentitur ergo scriptura quæ dicit, quod ad imaginē & similitudinē suā deus hominem creauit? Mo. Nequaquā. Pe. Cui igitur duorū illorū credēdū est prophetarū? An illi qui dixit deū rei nullius habere similitudinē, an illi qui ait: Creauit deus hominem, & cetera? Vter eorū ueraciter est locutus? Mo. Neutrū sane eorum dicendum est esse mentitum. Pe. Et duo contraria quō possunt in eodem esse, deū scilicet & habere imaginē & nō habere? Mo. Hoc certe uolo ego mihi edisseras, quoniam modo ea ipse intelligas. Pe. Et hoc profecto uerū est deū scilicet ut prædiximus rei similitudinē habere nullius, & Moysen ueraciter dixisse nouimus, quod ad imaginē & similitudinē suam creauerit hominem deus. Veridicus enim fuit ipse in omnibus. Sed per imaginē dei de qua Moyses est locutus, imaginē illā, id est, formā humanā necesse est intelligamus, quā assumpsit dei filius incarnatus. Mo. Et quō hoc stare poterit, cū eo tempore quo factus est Adā, nondū imaginē illā, quam deum creditis assumpsisse ipse assumpserit? Pe. Et si imago illa nondum erat in
N z ope-

Gene. 1

Gene. 1

Similitudo dei.

Adam fecundū quā imaginē dicit creatus.

Mala. 3
Nume. 23

Esaiæ 6.4

Propheta de re futura tanquā præterita æpe locuti sunt.

sa. 9
Iestas de s & hō.

opere, in eius tamen providentia iam fuerat atq; uoluntate. Cum aut uoluntas eius non mutetur, quantum ad ipsum nil obstat, quin imago sua semper fuisse credat. Et hoc quippe alibi inuenimus in prophetis, quod de futura re quasi præterita sint locuti, sicut Esaias sub persona domini ait. Dies ultionis in corde meo, annus retributionis meæ uenit:

Dies profectio uel annus non uenerat, quæ tamen quia in corde suo iam erat, iam uenisse dicebat. Mo. Habes adhuc aliquā aliam auctoritatem, per quam apertius possis ostendere, puerum illum esse deum debuisse & hominē. Pe. Habeo utiq; multas. Ait enim de eo Esaias: Paruulus enim natus est nobis, & filius datus est nobis, & uocabit nomen eius admirabilis, consiliarius, deus fortis, pater futuri seculi, princeps pacis. Hæc enim nomina omnia, non nisi deitati conueniunt. Mo. Tu male scripturam intelligis. Neq; enim ita legendum est, quod dicatur puer ille admirabilis uel consiliarius, &c. imo ita: Ille qui est admirabilis, qui est consiliarius, qui est deus fortis, qui est pater futuri seculi, ille inquam uocabit eum principem pacis. Sin autem, de quo igitur dictum est uocabit? Pe. Hoc mi-

hi sa-

hi sane nullū affert incommodum, quia deus sic appellauit seipsum. Et hoc lingua bene patitur Hebraica, sicut in libro numeri inuenitur: Ista est lex cōsecrationis. Cum dies quos ex uoto decreuerat complebuntur, adducet eum ad ostium tabernaculi fœderis. De eodem namq; dictum est, & adducet, & eum. Sed & quod in eodē loco ait propheta: Multiplicabitur eius imperium, & pacis non erit finis, super solium Dauid, & super regnum eius, & ut confirmet illud & corroboret in iudicio & iustitia a modo, & usq; in sempiternum, hoc inquam totum ostendit puerū illum deum & hominem debuisse esse futurum. Qui cquid enim hominis est, finem est habiturum, deus autem & quod eius est, manet in æternum. Præter hæc etiam omnia in iuste mihi contradicis de nominibus supradictis, uestri namq; doctores, & Christum septem nomina habiturum esse dixerunt, & hæc eadem posuerunt. Hoc autem in disputationis exordio pactum non firmaras, ut iniuste aliquid contradicas. Mo. Recordor & uerū est, ita nostros dixisse doctores. Pe. Adhuc & aliam dabo si uis auctoritatem, puerum illū, deum esse futurum & hominem. Ait enim

Nume. 6

Esaiæ 9.

Psal. 116

Christum septem nomina habiturum Iudei dixerunt.

N 3 de

Esaia 11.

de eo idem propheta: Egredietur uirga de ra-
dice Iesse, & flos de radice eius ascendet, & re-
quiescet super eum spiritus domini, spiritus
sapientiae & intellectus, spiritus consilij & for-
titudinis, spiritus scientiae & pietatis, & reple-
bit eum spiritu timoris domini. Non secundum uisionem
oculorum iudicabit, nec secundum auditum aurium
arguet, sed iudicabit in iustitia pauperes &
arguet in aequitate pro mansuetis terrae & per-
cutiet terram uirga oris sui, & spiritu labiorum
suorum interficiet impium. Quod enim ait, non se-
cundum uisionem oculorum iudicabit, & caetera quae
sequuntur, proculdubio nulli conueniunt, nisi
soli deo. Homo enim nisi quod uiderit uel au-
dierit, iuste aliquid iudicare non poterit. Mo.
Pars sane huius, quam tibi in auxilium adduxisti
auctoritatis, ad hoc obstat ostendendum quod
tu probare contendis. Legitur namque ibi: Et
requiescet super eum spiritus domini, spiritus sapien-
tiae, & intellectus, spiritus consilij, & fortitudi-
nis, spiritus scientiae & pietatis & replebit eum
spiritus timoris domini. Si enim deus esset futurus,
daturus utique esset haec & non accepturus. Pe.
Nihil est quod opposis. Dixi namque tibi in primis
in mea explanatione credulitatis, tres ipsum
esse substantias Christum, corpus scilicet, animam,
& de-

Deus cor-
pore intuetur.Christus
est corpus,
anima, deus.

& deum. Et secundum deitatem septem illa sibi
sunt attributa uocabula, secundum animam ue-
ro septem munera potuit suscipere supradicta.
Haec quippe anima praeter quod erat deitati ad-
iuncta, per se quoque omnium fuit animarum di-
gnissima. Mo. Cum itaque secundum deitatem, <sup>Anima
Christi di-
gnissima.</sup>
septem uocabula, & secundum animam septem
illa susceperit munera, uelim mihi certe ape-
rias, quid secundum corpus ei attribuas. Pe.
Licet ridiculose hoc proferas, tamen si uis di-
cam quid secundum carnem ei attribuam. Di. ^{Esaia 41}
cit quippe idem Esaias: Dabo in solitudine
cedrum, & sethim, & myrtum, & lignum oli-
uae, & ponam in deserto abietem, pinum, &
buxum simul. Per has sane arbores, septem,
corpus Christi designatur. De aliquo namque
hoc deserto cur diceret, cum semper in deserto
huiusmodi arbores commoretur? Per deser-
tum ergo intelligitur mundus, qui tempore
Christi aduentus omni bono uacuus erat <sup>Mundus
per deser-
tum intel-
ligitur.</sup>
& desertus. Mo. Cum igitur corpus eius per
arbores designauit, cur arbores quae fructi-
feras & praeciosiores in eius designatio-
ne non posuit? Pe. Magno satis intuitu & ra-
tione hoc fecit. Sicut namque semper ui-
rent arbores illae, nec aliquando sua uiduamur.

N 4 fronde

fronde, sic & corpus Christi semper uiuum, semper totum manet & integrū. Habeo autem & aliud auctoritatis argumētum, ad cōprobandum uniri potuisse hominem & deū. Dicit namq; Esaias: Et dicent in die illa: Ecce dominus noster iste. Expectauimus eum, & saluabit nos. Hunc certe uersum aliter nō curamus explanare, quā̄m doctores uestri illum dudum exposuere. Per eum namq; uenturum docuerunt fore tempus, quo & deum mundus esset uisurus, & digito sibi ad inuicē populus ostēsurus. Hoc uero fieri posset nullatenus, nisi corpus fieret quis & deus. Hoc etiam quod ait propheta, uox speculatorū tuorum. Leuauerunt uocē, simul laudabunt, quia oculo ad oculum uidebunt cum conuerterit dominus Syon. Hunc inquam uersum doctores uestri eodem modo quā̄ diximus, exposuerunt, propter illud: Oculo ad oculū uidebunt. Sed & aliud posuit propheta, per quod non minus comprobari possunt supra dicta. Ait enim: Et reuelabitur gloria domini, & uidebit omnis caro pariter, quod os domini locutum est. Potest quippe rei uox spiritalis audiri, sicut filij Israel uocem domini audierunt in monte Synai. Loquentem uero non

Esa. 25

Deus m̄
do q̄o ui
sibilis ap
paruit.
Esaia 52

Esaia 40

Exod. 20

nō uidebis, nisi fuerit res carnalis. Item aliud quod ait Zacharias: In die illa proteget dominus habitatores Hierusalem, & erit qui offenderit in die illa quasi Dauid, & domus Dauid quasi dei, & angelus dei in conspectu eorum. Per hoc namq; quod ait, & domus Dauid quasi dei, uoluit utiq; intelligi quod de domo Dauid esset nasciturus, qui ab omnibus haberetur deus. Quod etiā ait quasi dei, & non posuit simpliciter deus, insinuat quod is qui de domo Dauid erat oriturus, in aliquo minor esset, quā̄m deus. Quod & Dauid in Psalmo testatur cum dicit: Minuisti eum paulominus à deo. Itē Micheas: Et tu inquit, Bethlehē Effrata paruulus es in milibus Iuda. Ex te mihi egredietur qui sit dominator in Israel, & egressus eius ab initio à diebus æternitatis. Hoc quippe quod est ex te mihi egrediet qui sit dominator in Israel, secundū corpus dictum est, secundum quod princeps ille aduēturus erat in tempore. Quod autem sequitur, & egressus eius ab initio à diebus eternitatis, perpetuitatem insinuat deitatis. Hoc enim deitati attribuit quod homini puero non cōuenit. Item Dauid in Psalmo cum dicit, sedes tua deus in seculum seculi, uirga

Zach. 12

Ioan. 14
Psal. 8

Michea 5

Psal. 44

N 5 dire

directiōis uirga regni tui & dilexisti iustitiā
 & odisti iniquitatē, propterea unxit te deus
 deus tuus oleo lætitiæ præ confortibus tuis,
 cum hoc inquā dicit, eū ad quē loquitur deū
 esse & hominem ostendit. Aiens enim: Sedes
 tua deus in seculum seculi, uirga directionis
 uirga regni tui: nunquid nō eū manifeste ap-
 pellat deum? Deinde cum dicit, dilexisti iusti-
 tiam, & odisti iniquitatē, propterea unxit te
 deus deus tu^o oleo lætitiæ præ cōfortib⁹ tuis,
 ad hōiem eū loqui p̄cipimus. Neq; enim uel
 deum, uel confortes habet deus. Itē Dauid ali-
 bi in Psalmo: Deus iudiciū tuū regi da, & ius-
 titiā tuā filio regis, & quæcunq; alia sunt in
 Psalmo: Dic nunc quis est iste regis filius? Sa-
 lomō an Christus, qui de ipso Dauid erat uē-
 rurus, & filius eius nuncupandus? Mo. Nolo
 sane te super hoc fatigare. De Christo enim
 dictū est, ut doctores nostri docuere. Pe. Cū
 igitur de Christo Psalmū esse concesseris, ui-
 deamus utrum ista quæ in eodē leguntur, &
 permanebit cū sole & ante lunam in genera-
 tione & generatione, & sit nomen eius bene-
 dictum in secula, ante solē p̄manet nomē ei⁹,
 & illud, & adorabunt eū oēs reges, oēs gētes
 seruient ei, uideamus inquā si de puro homi-
 ne di-

Psal. 71

Christus
 de Dauid
 uenire de-
 buit.

Psal. 71
 Propheta
 quedā de
 Christi
 humanita-
 re, quedā
 de eius di-
 uinitate
 dixerunt.

ne dicta sunt hæc omnia, sed nequaquam imo
 de deo. Sequitur ergo, ut Christum & homi-
 nem dicamus esse & deum. Quod etiam quia
 Dauid spiritu sancto reuelante cognouit, &
 miracula quæ factururus erat præuidet, ideo
 huiusmodi finē Psalmo fecit: Benedictus do-
 minus deus Israel, qui facit mirabilia solus,
 & benedictū nomen maiestatis eius in æter-
 nū & replebitur maiestati eius omnis terra.
 Itē in libro Dabreiamin, id est, uerba dierū
 legitur, quia cogitāte Dauid domū domino
 ædificare, ait ad eum Nathan propheta sub
 persona domini in hæc uerba. Cum cōpleue-
 ris dies tuos ut uadas ad patres tuos, suscita-
 bo sanctū tuū post te, quod erit de filijs tuis,
 & statuam regnum eius. Ipse ædificabit mi-
 hi domum, & firmabo solium eius in æter-
 num. Ego ero illi in patrē, & ipse erit mihi
 in filiū, & misericordiā meā nō auferam ab
 eo, sicut abstuli ab eo qui ante te fuit, & sta-
 tuā eum in domo mea, & regno meo usq; in
 sempiternū, & thronus eius firmissimus in
 perpetuū. Dic inquam o Moyses ista de quo
 dicta est prophetia: Mo. De Salomone. Pe.
 Nequaquam potest hoc esse. Quod enim ait,
 cum compleueris dies tuos, ut uadas ad
 patres

Paralipo-
 menon.

1. Para. 22

Promisso
 Dauid de
 Christo,
 non de Sa-
 lomone.

patres tuos, quod est, cum mortuus fueris, suscitabo semen tuum post te, patet quod dictum non est de Salomone. Rex namque iam erat Salomon, uiuente adhuc patre suo. Quod si de Salomone uellet dicere, utique non dixisset quod erit de filiis tuis, sed quod erit de te. Quod etiam sequitur, & statuam eum in domo mea, & in regno meo usque in æternum, & thronus eius firmissimus in perpetuum, patenter agnoscitur, non de Salomone esse dictum. Salomon namque nec in domo dei siue regno est statutus, nec fuit in perpetuum firmissimus thronus eius. Et cum hoc conueniat deo soli, tunc ille de quo hic agitur, homo futurus atque deus fuerat. Mo. Cum hæc omnia Patre, dicta esse intelligas propter Christum, quid est quod ait: Ipse ædificabit mihi domum? Quæ nam fuerat illa domus, quæ ædificaturus erat Christus? Pe. Sanctam sane ecclesiam intelligimus per domum illam, quæ ædificauit Christus supra firmam petram, Mo. Quid igitur respondit Nathan ad Dauid, de domo quam ædificare se domino uelle dixit? Pe. Sane hoc quod Salomonem filium suum loquens refert ipse Dauid: Factus est inquit sermo domini ad me dicens: Mul-

Thronus
Christi fir-
missimus
in perpetuum.

Ecclesiam
sanctam
Christus
æternus il-
le Salomō
supra pe-
tram ædi-
ficauit.

num sanguinem effudisti, & plurima bella bellasti, non poteris ædificare domum nomini meo, tanto effuso sanguine coram me: ^{1. Para. 22} Ecce natus est tibi filius, uir quietissimus, facta enim eum requiescere ab omnibus inimicis suis per circuitum, quia Salomō uocabitur, & pacem & ocium dabo in Israel cunctis diebus eius. Ipse ædificabit domum nomini meo, & ipse erit mihi in filium, & ego ero illi in patrem, firmaboque solium regni eius super Israel in æternum. Et hoc quidem de Salomone concedo ego dictum esse, propter illud: Ecce natus est tibi filius, & postea, Salomon uocabitur. ^{1. Para. 29} Quod etiam testatur Dauid loquens ad filios Israel de eodem in hæc uerba. De filiis meis filios enim multos dedit mihi dominus, elegit Salomonem filium meum. Et hic quidem sermo Dauid ad Salomonem omnino diuersus est ab illo, quem dixit Nathan ad Dauid de Christo. Hic namque legitur, natus est tibi filius, & Salomoni uocabitur. Ibi autem, quia suscitabo semen tuum post te, quod erit de filiis tuis, & nullum ei nomen attribuit. Ibi etiam ait, & statuam eum in domo mea, & regno meo usque in sempiternum, & thronus eius firmissimus in perpetuum. ^{Promissio de Christo & Salomone diuersa ostendit.} Hic

Esaiæ 9
Lucæ 1

2. Reg. 2

2. Ro. 7

Hic uero solummodo, firmabo solū eius se-
per Israel in æternum. Per quod ostenditur,
quia quādiu regnū Israel permaneret, de Sa-
lomonis progenie rex non deficeret, regnū
uero Christi semper sine careret. Sed & Chri-
sti regnum sine conditione, Salomonis autē
promissum est sub conditione. De eo quippe
in libro Regum legitur, ubi Dauid ad filium
suum Salomonem sic loquitur. Confirma-
tur inquit dominus sermōes suos, quos locutus
est ad me dicens: Si custodierint filij tui lege
meam, & ambulauerint coram me in uerita-
te, in omni corde suo, & in omni anima sua,
non auferetur tibi uir de folio Israel. Testa-
tur quoque ipse Dauid illam quā prædiximus
prophetiam, scilicet cum compleueris dies
tuos, &c. testatur dico illam propter Chri-
stum fuisse prolatam. Audiēs namque illam,
& sicut explanauimus intelligens, sed & inde
deo gratias agens, ait: Quis ego sum domine
deus, & quæ est domus mea, quia adduxisti
me hucusque? Sed & hoc parum uisum est in
cōspectu tuo deo, nisi loquereris de domo ser-
ui tui etiam in longinquum, & uidisti me in
lege hominis exaltati domini dei. Hoc quip-
pe quod ait, quis ego sum domine deus, & quæ
est do-

est domus mea, quia adduxisti me huc usque,
de se dixit, & filio suo Salomone, quod autē
deinde intulit, sed & hoc parum uisum est in
cōspectu tuo, nisi loquereris de domo serui
tui etiam in longinquum, hoc reuera dixit
propter Christum, quem de domo sua uide-
bat esse uenturum. Sed & per hoc quod ait:
Et uidisti me in lege hominis exaltati domi-
ni dei, cum id quoque de Christo dixerit, pro-
fecto innuit, quod & exaltatus & homo esse
debeat & deus. F I N I S.

TITVLVS
NONVS, QVOD IN EO TEM-
pore Christus uenit, quo eum uenturum fo-
re à prophetis prædictum fuit, & quæcunq;
de eo prædicauerunt, in ipso & eius ope-
ribus paruerunt.

M O Y S E S.



VM igitur multis aucto-
ritatibus ostenderis illum
quem dicitis Christum fo-
re hominem, potuisse &
deum, quia quæso auctori-
te poteris ostēdere, cum ut
cre-

Propheta
rum uer-
ba Chri-
stum ue-
nisse ostē-
dunt.

Tempus
Christi ad-
uentus à
prophetis
prædictū
impletū
est.

Gen. 49

Regium
sceptrum
à Iuda qñ
ablatum.

creditis iam uenisse? Fortasse enim nō diu ue-
nit, sed uenturo ueniet in tempore. Pe. Plura
sunt profecto ò Moyses, quæ eum uenisse pa-
tenter ostendunt. Nam & tempus in quo eū
prædixerunt uenturum esse prophetæ, quod
& transactū est, & in eo ipsum nouimus ad-
uenisse, & præter id alia multa, quæ in ipso &
uerbis eius agnouimus, atq; operibus, ut præ-
dictum est à prophetis. Mo. In primis quæso
ostendas de tempore, ubi uidelicet & quali-
ter inde locuti sint prophetæ, & quomodo il-
lud terminauere. Pe. Legimus sane quia Ia-
cob filijs suis loquens, & singulis ad se uoca-
tis, benedicens, ait: Non auferetur sceptrum
de Iuda, & dux de femore eius, donec ueniat
qui mittendus est, & ad eum congregabun-
tur gentes. Hanc autem prophetiam aliter
non exponam, quàm exposuerint uestri do-
ctores antiqui. Dixerunt namq; & ipsi. Non
auferetur sceptrum, id est, uirga de regni Iu-
da, & dux de femore, id est, de filijs filiorum
eius in secula, donec ueniat qui mittendus est,
id est, Christus, cuius est regnum, & ad ipsum
congregabuntur gentes. Et nos quidem no-
uimus, quia postquam uenit Christus, neque
rex neq; dux de Iuda fuit ulterius. Credere
itaq;

itaq; debemus, quod hic tempus Christi ad-
uentus determinatum fuit, & quod is qui tē-
pore illo uenit, sine dubitationis scrupulo
Christus extitit. Item in libro Danielis de tē-
pore Christi aduētus sic est angelus cum Da-
niele locutus. Septuaginta ebdomades con-
stitutæ sunt super populum tuum, & super
urbem sanctuarij tui, ut consummetur præ-
uaricatio, & finem accipiat peccatum, & de-
leatur iniquitas, & adducatur iustitia seculo-
rum, & impleatur uisio, & prophetiæ, & un-
gatur sanctus sanctorum. Scito ergo & ani-
maduerte. Ab exitu sermonis ut iterum ædi-
ficetur Hierusalem usq; ad Christum ducē,
ebdomades septem. Et ebdomades sexaginta
& duo erunt, & rursum ædificabitur platea
& muri in angustia tēporum. Et post ebdo-
mades sexaginta duo occidetur Christus, ci-
uitatem & sanctuarium dissipabit populus
cum duce uenturo, & finis eius uastitas, &
post finem belli statuta desolatio. Confirma-
bit autem pactum multis ebdomada una, &
in dimidio ebdomadis deficiet hostia & sa-
crificium, & in templo erit abominatio de-
solationis, & usq; ad consummationem & fi-
nem perseverabit desolatio. Prophetia sane
ista

Daniel. 9

Prophetia
Danie-
lis de tēpo-
re aduen-
tus Chri-
sti.

○

ista

ista ò Moyſes clauſa eſt, & ad intelligendum difficilis, & ſunt ibi termini multi deſignati, ſed tamen omnes ad oſtendendum Chriſti aduentum ſunt poſiti. In primis igitur ſciendum eſt, quia ebdomades iſte annorum ſunt ebdomades. Cum igitur ait. LXX. ebdomades conſtitute ſunt ſuper populum tuum, & ſuper urbem ſanctuarij tui, ut conſummetur præuaricatio, & ſinem accipiat peccatum, et deleatur iniquitas, et adducatur iuſticia ſeculorum & impleatur uifio, & prophecię, & ungetur ſanctus ſanctorum, cum illud inquam ait, an notari uoluit, quia ſepties LXX. id eſt, CCCC. XC. anni erant conſtituti ab euſdem anno prophecię uſque ad deſtructionem Hieruſalem & templi, quæ à Tito Romanorum imperatore fuit facta, cuius tempore deſtructionis iam Chriſtus uenerat, qui et iuſticia ſeculorum et ſanctorum ſanctus erat, per quẽ etiam peccatum omne et iniquitas eſt deleta, et propheta omnis impleta. Cætera autem quę ſequuntur omnia ad horum CCCC. XC. annorum diuiſionẽ et determinationẽ ſunt poſita. Per hoc ergo quod eſt ab exitu ſermonis ut iterum ædificetur Hieruſalem uſque ad Chriſtum ducem ebdomades VII. innuitur quod

Danielis
ſeptuaginta
ebdomades, quæ
anni fuerint.

Eſaię 33
Apo. 1

quod ab huius die prophetiæ uſque ad Cyrũ ducẽ Perſarũ quæ ab ipſo deo per Eſaiã Chriſtus eſt appellatus, fuerunt VII. annorum ebdomades, id eſt XLVIII. anni, cuius Cyri præcepto cœpit Hieruſalẽ reedificari. In cuius reedificatione & poſtquam conſummatum eſt opus, uſque ad aduentum Titi ſuper Hieruſalẽ 434. anni fuerunt, & hoc eſt quod dicit. Ebdomades 62. id eſt 434. anni erunt, & rurfum ædificabitur platea & muri in anguſtia temporum, & poſt ebdomades 7. occidetur Chriſtus, quod eſt poſt ebdomades 70. & poſtquam occidetur Chriſtus, ciuitatem & ſanctuariũ diſſipabit populus ſcilicet Romanus, cum duce uenturo, id eſt, cum Tito, & finis eius uafitas, & poſt finem belli ſtatuſta deſolatio. Quod autem ſequitur, confirmabit pactum multis ebdomada una, illa perfectio ebdomada una ſeptem ſunt anni obſidionis. Septem enim annis obſeſſa eſt ciuitas ab exercitu Romanorum, & infra illos ſeptem annos, a deo coacti fuerunt intus & afflicti, quod non haberent unde ſacrificium facere poſſent, & hoc eſt quod ait: In dimidio ebdomadis, id eſt, infra ebdomadem deficiet hoſtia & ſacrificium, & in templo erit abominatio deſolationis. Quod etiam

Eſaię 45

Judaicę
gentis deſolatio à
Danieler
prædicta.

additur, usq; ad consummationem & finem
 perseuerabit desolatio, insinuat, quod capti-
 uitas & desolatio illa sine foret caritura. Se-
 ptem ergo ebdomades usq; ad Cyrum, & se-
 xaginta duo ebdomades à Cyro usq; ad Ti-
 tum, & ebdomada obsidionis una, profecto
 septuaginta sunt ebdomades. Mo. Postquã
 de tempore aduentus Christi ex prophetarũ
 testimonijs asseruisti, de quo satis esse potuit
 ut dixisti, uolo ut alia illa exequaris, quæ in
 ipso & operibus eius paruerunt atq; uerbis,
 quæ & de ipso ut asseris prædicta sunt à pro-
 phetis. Pe. Legimus in Deuteronomio, quia
 Moyses morte sibi iam imminente sic ad po-
 pulum Israel est locutus. Prophetam inquit,
 de gẽte tua, & de fratribus tuis sicut me susci-
 tabit tibi dñs de⁹ tuus, ipsum audies, ut peti-
 sti à domino deo tuo in Oreb, quando con-
 cio congregata est atq; dixisti: Ultra non au-
 diam uocem domini dei mei, & ignem hunc
 maximum amplius non uidebo, ne moriar.
 Et ait dominus mihi: Bene omnia sunt locu-
 ti. Prophetam suscitabo eis de medio fratrum
 suorum similem tui, et ponam uerba mea in
 ore eius, loqueturq; ad eos omnia quæ præ-
 cepero illi. Qui autẽ uerba eius quæ loque-
 tur

Deut. 18

tur in nomine meo audire noluerit, ego ul-
 tor existam. Quis est autem ò Moyses, quis
 est ille quem dicit dominus similem Moyfi
 suscitandum, & ipsum esse præcipit audien-
 dum? Mo. Vtiq; de Iosue filio Nun dici po-
 tuit, qui post Moysen & in ipsius loco surre-
 xit. Pe. Profecto de Iosue nullatenus potest ef-
 se. De eo quippe patẽter scriptura loquitur,
 sicut in lib. Numeri legitur: Respondit Moy-
 ses ad dominum. Provideat dominus deus
 spirituum omnis carnis hominem, qui sit fu-
 per multitudinem hanc, & possit exire & in-
 trare ante eos, & educere illos uel introduce-
 re, ne sit populus domini sicut oues absq; pa-
 store. Dixitq; dominus ad eum: Tolle Iosue
 filium Nun, uirum in quo est spiritus dei, &
 pone manum tuam super eum. Qui stabit co-
 ram Eleazaro sacerdote, & omni multitudi-
 ne, & dabis ei præcepta cunctis uidẽtibus, &
 partem gloriæ tuæ, & audiat eum omnis sy-
 nagoga filiorum Israel. Cum uero tam aper-
 te de Iosue hic agatur, cur illa alia quæ adeo
 clausa est propheta, illa scilicet propheta, su-
 scitabit tibi dominus de⁹ tuus, & cætera, cur
 inquam, illa de ipso dicta intelligatur? Sed &
 per hoc quod legitur: dabis ei partem gloriæ

Nume. 27

Deut. 18.

Nume. 27

O 3 tuẽ

Nume. 17
Moyfi lo-
sue nō fuit
similis,
nec aliqs
propheta
rum.
Deu. 34

tuæ, ac si diceret nō omnem gloriam tuam,
per qd ostenditur quia similis Moyfi nō fue-
rit, & in fine Deutero. nō surrexit propheta
ultra in Israel sicut Moyfes, p hæc inquā in-
nuī, quia de Iosue dictū non sit: Suscitabit ti-
bi dñs deus tuus, &c. cū sequit̄ in eodē, similē
tui. Sed & aliter differunt, prophetia illa quæ
est: Suscitabit tibi dñs, &c. & ea quæ de Io-
sue sunt dicta. In illa nāq; habet, qui uerba ei⁹
audire noluerit, ego ultor existā, de Iosue ue-
ro legitur, qui contradixerit ori tuo, & non
obedierit cunctis sermonibus quos præcepe-
ris ei, morte moriat̄ Patet igitur oībus mo-
dis, quia prophetia illa de Iosue nō est prola-
ta. Mo. De q̄ ergo? Pe. De Christo, qui Moy-
fi similis fuit, quia sicut Moyfes & ipse legē
dedit. Mo. Nunc itaq; singulas pphetiæ par-
tes ostēde, quō uniuersas ad ipsum possis ap-
plicare. Pe. Prophetia quidē ista petitioni fi-
liorū Israel respondet. Petierant enī sicut scri-
ptum est in monte Oreb, ne ultra uocē dñi ui-
sibiliter audirent, aut tm̄ ignem ne moreren-
tur aspicerēt. Contra quod dicit dñs ad Moy-
sen: Prophetā suscitābo eis de medio fratrū
suorū similē tui, quasi diceret: Ille quē suscita-
bo, de ipso erit progenie Iudæorū, sed &
tui

Christus
Moyfi si-
milis.

Exod. 20

Deut. 18

cui similis erit, hoc est, sicut tu legem dedisti,
ita & ipse dabit, quod etiam per hoc notat̄,
quod prophetam singulariter & per excellē-
tiam posuit. Nisi enim & ipse legem daturus
esset, pphetas sane nō prophetā suscitābo di-
xisset. Prophetas quippe plures suscitauit de⁹,
qui annunciauerunt uerba eius, sed nullus eo-
rū legem dedit ad similitudinem Moyfi, nisi
Christus. Et ponā uerba mea in ore eius, qd
est, quia uocis meæ impetū nequeūt tolera-
re, per ipsum loquar eis sub carnis uelamine.
Loqueturq; ad eos oīa q̄ præcepero illi. Ac si
aperte diceret. Præter id qd uolā & p̄cipiā, ni-
hil omnino dicet. Qui aut̄ uerba eius q̄ loquet̄
in noīe meo audire noluerit, ego ultor existā,
id ē, q̄ p̄ceptis ei⁹ parere renuerit, nō occidet̄,
nec alio mō carnaliter puniet̄, sed ego ipse iu-
xta placitū meū misericorditer uindicabo in
ipsum. Cū igit̄ Christus & de Iudæorum na-
tus p̄genie, & tanq̄ Moyfes legislator extite-
rit, & uerbū dei sub ei⁹ carnis uelamine late-
rit, nihilq; aliud q̄ p̄cepit deus pater, ipse do-
cuerit, ipso attestante in Euāgelio & dicēte, Ioan. 14.
sermonē quē audistis, nō ē meus, sed ei⁹ q̄ mi-
sit me patris, cū & ipse nullū occidi uel cor-
poraliter puniri uoluerit, sed miā per oīa

Christus
dicitur sin-
gularis &
excellen-
tissimus p̄-
pheta.
Legē uete-
rē Moyfes
nouā ue-
ro Chri-
stus dedit.

Heb. 1
Verba que
loquor a
me ipso
non lo-
quor &c.
Ioan. 14

Ioan. 14

prædicauerit, profecto nihil obstat, quin tota de ipsa prophetia dicta fuerit. Mo. Adhuc restat unum, de quo mihi uolo respondeas. Cum enim Christus ut credis deus simul & homo fuerit, quomodo eum prophetam appellauit? Pe. Estimare uideris quod propheta solummodo hominis nomen sit, sed nequaquam, imo propheta appellatur, quisquis ea quæ porro sunt uentura effatur. In Esaia quoque sic legitur: Ecce seruus meus, suscepi eum, electus meus, complacuit sibi in illo anima mea. Dedi spiritum meum super eum, iudicium gentibus proferet. Non clamabit, nec exaltabitur, aut audietur foris uox eius. Calamum quassatum non conteret, & linum fumigans non extinguet, in ueritate iudicium educet, non deficiet aut effugiet, donec ponat in terra iudicium, & legem eius insulae expectabunt. Sed & hanc de Moyses prophetiam ad quem melius quam ad Christum applicare possumus: Ipse namque & dei seruus, & electus fuit eius, in quo complacuit sibi deus. Et hoc quidem de eo dictum est secundum corpus. Quod autem sequitur, dedi spiritum meum super eum, secundum animam est prolatum. Iudicium, id est, legem gentibus proferet.

Chri-

Propheta
nomen nõ
solum ho
mini con
uenit.
Esaia 42

Matth. 17
Esaia 61

Christus quippe legem quæ clausa erat & aperta, & inter Iudeos tantum protulit, id est, enucleauit, patefecit, & medulliam elicuit, ad hoc ut gentes illam possent accipere. Sequitur nõ clamabit, nec exaltabitur aut audietur foris uox eius. Et nos scimus quia Christus non clamosus, non arrogans, non inanis gloriæ appetitor fuit, imo super omnia humilitatem dilexit. Calamum quassatum nõ conteret, & linum fumigans non extinguet. Videmus sane quod calamus quassatus leuiter potest perfringi: linum autem fumigans, id est linum combustum, sed tamen adhuc retinens fumi, id est, ignis, perfacillime potest extinguere. Sed quid per calamum quassatum, uel linum pene extinctum, melius quam peccatoris fragilitas, qui conquassatus & pene in peccato est extinctus potest intelligi? Calamum autem quassatum Christus non contriuit, & linum fumigans non extinxit, quia peccatores pene mortuos in peccatis, occidi non precepit, sed misericorditer tolerauit, & ad poenitentiam reuocauit, quod & in consequentibus designauit propheta cum addidit: In ueritate educet iudiciũ. Veritas quippe & iustitia, idem est. In lege uero Moyfi in

Ioan. 17
Matth. 11

Peccato
ris fragilitas
puls
chredescerit
bitur.

Matth. 3
Matth. 11

Esaia 42

o s dicitum

Ezech. 18.
Mat. 13.

dicium erat & præceptum, peccatorem occidi. Christus autem ad ueritatem & iusticiam iudicium adduxit, quoniam peccatores non occidi, sed quod iustius est, donec poeniterent sustineri præcepit, cum dixit: Nolo mortem peccatoris, sed magis ut conuertatur & uiuat. Non deficiet aut effugiet, donec ponat in terra iudicium. Mortem sane Christi uoluit propheta notari per defectum, per effugium uero ascensum eius in caelum. At si diceret: Non morietur aut de terra recedet, id est, in caelum ascendet, donec mittat legem in terra. Et Christus quidem antequam secundum carnem obiret, aut ad patrem in caelum ascenderet, iudicium in terra posuit, quoniam legem, id est, Euangelium nobis dedit. Ideo autem nequaquam non morietur, sed non deficiet dixit, quia mora Christi non reuera mora, sed quasi transitus quidam & defectus fuit. Qui enim moritur homo amplius iam non uiuit. Christus autem die tertia resurrexit, & iam in aeternum uiuit, & legem eius in insulis expectabunt. Per insulas gentes accipimus. Legem autem Christi gentes expectarunt, quia non ab ipso, sed a discipulis eius, id est, ab apostolis ea acceperunt. Neque enim ipse imo apostoli gentibus prædicarunt. Item in Esaias: Ego dominus uocauit

Ioan. 13
Mors
Christi,
transitus
quidam
fuit.
Apostoli
gentes le-
gem Chri-
sti docue-
runt.
Mar. 16
Marth. 28
Esaias 42

caui te in iusticia, & apprehendi manum tuam, & seruaui te, & dedi te in foedus populi, in lucem gentium, ut aperires oculos caecorum, & educeres de conclusione uinctum, de domo carceris sedentes in tenebris, Ego dominus: Hoc est nomen meum: Gloriam meam alteri non dabo, & laudem meam sculprilibus, Et hoc quoque de Christo protulit Esaias. Vocauit namque eum dominus de utero uirginis in iusticia, hoc est, sine peccato & carnis concupiscentia, de sanctae & iustae uirginis natus est CHRISTVS carne munda. Manum eius apprehendit, quod signum est protectionis & patrocinii, & seruaui eum, sicut de manu Herodis adhuc uagientem eripuit, in Aegyptum duxit ac reduxit, de manibus IUDAEORVM eum lapidare & interficere uolentium sepius liberauit, & in alijs aduersitatibus suis multis, eius custos & protector extitit. Dedit eum dominus in foedus populi ISRAELITICI, scilicet, id est, ad hoc dedit eum, ut populo ISRAEL legis ueritatem ostenderet. Et in lucem gentium dedit eum dominus, quia gentes relicto errore, & expulsis tenebris incredulitatis suae, luce legis CHRISTI sunt

Esa. 48

1. Pe. 2

Lucæ 1
Esaias 7.

Matth. 2

Ioan. 3

Lucæ 4.

Ioan. 15

sunt resperſæ. Et adhuc miſit eum, ut aperiret oculos cæcorum, & educeret de concludiõne uinctum, & de domo carceris ſedẽtes in tenebris. Et Chriſtus oculos cæcorum aperuit, cum infidelium corda patefecit, & depulſa umbra legis lumen oſtendit. De concludiõne uinctum eduxit, quia in ſe credẽtes de captiuitate omni uſq; hodie liberat & emittit. Eduxit etiam de domo carceris, ſedentes in tenebris, quia eos qui in tenebroſo carcere tenebant inferni, deſcendẽs ad inferos ipſe extraxit. Gloriam & laudem ſuam alteri quàm Chriſto dominus non dedit, quia deitatem ſuam nulli alij homini unquam cõnſiuit, aut laudem tantã attribuit. Item Eſaias: **Quærite dominum dum inueniri poteſt, inuocate eum dũ prope eſt: Derelinquat impius uiam ſuam, & uir iniquus cogitationes ſcilicet & reuertatur ad dominum & miſerebitur eius, & ad deum noſtrum, quoniã mulrus eſt ad ignoſcendum. Non enim cogitationes meæ cogitationes ueſtræ, neq; uiæ meæ, uiæ ueſtræ dicit dominus, quia ſicut exaltantur cœli à terra, ſic exaltatæ ſunt uiæ meæ à uijs ueſtris, & cogitationes meæ à cogitationibus ueſtris. Et quomodo deſcendit imber**

& nix

Ioan. 1
Cæcorum
oculos aperuit
Chriſtus.

Lu. 1

Eſa. 55

& nix de cœlo, & illuc ultra non reuertitur, ſed inebriat terram, & germinare eam facit, & dat ſemen ſerenti, & panem comedenti, ſic erit uerbum meum quod egredietur de ore meo. Non reuertetur ad me uacuum, ſed faciet quæcunq; uolui. Et dic ò Moyſes; uerbum iſtud totum qualiter exponis? Quando inuenitur dominus, & quando non inuenitur? quando eſt prope, & quãdo longe? Mo. Deũ quidem inueniri, & prope eſſe, idem eſt. Prope autem eſt, & inuenitur ab illis qui ei fideliter ſamulantur. Pe. Propius ſane uult eſſe dominus, & magis offert ſe peccatoribus & eis qui longe eſſe uidentur, quàm iuſtis & fidelibus ac prope ut dicis exiſtentibus. Quod & alibi propheta teſtatur, ubi dicit. Pacem pacem ei qui longe eſt & qui prope eſt, dixit dominus. Quid namq; per longe deo exiſtente niſi peccatorem, & per eum qui prope eſt niſi iuſtũ intelligimus? Et propheta prius qui longe eſt, & poſtea qui prope eſt dixit, & ſic peccatori quã iuſto deũ propius eſſe, moſtrauit. Mo. Poſſumus etiã dicere prope deũ eſſe ſe decem diebus illis, qui ſunt à prima die meſis ſeptimi, uſq; ad diem expiationis, ſic nãq; dictum eſt à doctoribus noſtris. Pe. Et hoc

Inuenitur
dominus
qñ & quõ.

Eſa. 57

Pœnitenti-
bus dñs
pc eſt.

quo

quoque malum est. Si enim X. illis tantummodo diebus prope est deus & inuenitur, tunc si alio tempore peccator conuerti uolens deum quaesierit, & eum quia longe existentem non inuenierit, iam dei & non peccatoris culpa erit, quod conuerti ad deum non poterit. Mo. Dicunt etiam alii doctores nostri deum scilicet

De miseri
cordia dei
Iudaei de-
sperant.

Exo. 34

Deu 32.

prope fuisse & potuisse inueniri, quamdiu stetit templum domini, destructo autem templo se elongauit, & iam ultra se inueniri non uoluit. Pe. Et in hoc quoque stulti fuerunt ipsi. Nam & contra hoc dicit Moyses ad filios Israel quod si quando deum ad iracundiam prouocarent, ut eos inter gentes capti uos dispergeret, si tamen nouissimo etiam reuertentes eum quaerent, proculdubio inuenirent. Mo. Quandoquidem & hoc & illud contradicis, tu ergo quoniam & qualiter inueniri deum uel prope esse asseris. Pe. Inuenitus est factus ne dominus & prope, cum de sancta uirgine carnem assumpsit, & inter nos praesentialiter habitauit, & tunc quidem propheta quaeri eum & inuocari praecipit, cum dixit, quaerite dominum, &c. Nam & hoc spiritu sancto reuelate futurum esse prauidit, unde & in sequentibus addidit. Derelinquat impius uiam suam, & uir ini-

Esaie 55

Quaerens
deus domi-
nus quoniam.

quus

quas cogitationes suas, & reuertatur ad dominum, uidelicet ne de eo inique cogitent, aut deum esse eum propter assumptam carnem dubitent, imo fideliter crederent, nam & fides in sola cogitatione est. Et cogitatio hominis diuersa quidem est a cogitatione dei. Unde & sequitur. Non enim cogitationes meae cogitationes uestrae, neque uiam meam uiam uestram dicit dominus, ac si diceret. Ne cogitetis quia quod uidetis et auditis, filium scilicet sine patre carnali contra usum esse sciatis, aliter namque ego, & uos aliter cogitatis. Vos enim non nisi corporaliter, ego uero spiritualiter. Aliter etiam incedo ego, & uos aliter inceditis. Vos namque uiam nisi quae in usu est non nouistis, ego uero quae illam noui quae est contra usum, & quaecumque uolo efficere possum. Et hoc est, sicut exaltant caeli a terra, &c. Quod autem sequitur quomodo descendit imber & nix de caelo, & illuc ultra non reuertitur, sed in ebriat terram, & infundit eam, et germinare eam facit, & dat seminem ferenti, et panem comedenti, & sic erit uerbum quod egreditur de ore meo, non reuertetur ad me uacuum, sed faciet quaecumque uolui, hoc utique addidit, ut per uisibilium similitudinem rerum ostenderet, quod in deitatis subtilitate tam plane uideri non posset, & dixit.

Sicut

Fides in
cogitatio
ne est.
Ioan. 17

Sicut pluuia cum de cœlo descendit non reuertitur rursus in cœlum, priusquam terrâ molliat, fœcundare & germinare faciat, sic & uerbum meum quod egredietur de ore meo, id est, filius meus quem in mundum ut carnē accipiat sum missurus, ad me uacuus non redibit, quin priusquam redeat, quæcumque uolam efficiat, hoc est, sicut disposui, carnem assumat, flagelletur, moriatur, de inferno suos eripiat, ac resurgat, & legē quæ clausa est minus intelligentibus aperiat. Quod si de uerbo suo, id est, de sermone suo deus se dixisse intelligi uoluit, quod ait uerbum meum quod egredietur de ore meo, non utiq; addidisset, non reuertetur ad me, &c. Neq; enim uerbum, id est, sermo postquam semel de ore egredietur, ad os ultra reuertitur. Per hoc igitur aperte ostendit, quod de filij persona uerbum meū dixit. Mo. Iam ex uerbis tuis inuitur, quod nix & imber postquam de cœlo emittitur, in cœlum rursus reuertitur. Pe. Verum est. Mo. Vellem modo mihi ostendi, qua id possit ratione comprobari. Pe. Scrutari sane prius debes unde nubes proueniant atq; imbres, & sic facilius quod modo queris inuenies, Mo. Illud precor mihi manifestes.

Officia filij dei in mundo expedienda.

Verbū qd de ore patris egredietur filius dei est.

stes. Pe. Videndū itaq; tibi est o Moyses, quia sole super mare & super terram recta linea existente, de mari quidem uapor humidus, de terra uero consurgit ficcus, sed & sursum conscendit per calorem solis, sicut & fumus ^{Nubes un} aque per feruorem ignis, qui uapores duo cū ^{de orianē.} sursum ueniunt, altero alteri mixto, ex se nubes densas conficiunt. Nubes autem cum circiter miliaria XVI. in altum erepserint, aerē ibi frigidum reperiūt, unde iam altius transire nequeunt, & sic rursus in terram decidūt, ^{Imber un} et ex illis imbres proueniunt. ^{de proueniat.} Fecit autem deus montium cōcauitates, ut ibi quasi thesaurus quidā receptorētur imbres. Fecit & in ipsius montiū extremitatibus imis foramina quædam parua, per quæ paulatim deriuatur aqua, quæ sicut in thesauro tenebatur abscondita, & hi sunt fontes, ex quibus uniuersa proueniunt flumina. ^{Fontium origo.} Quibus fluminibus uniuersi nutriuntur pisces, prata, & uineæ irrigantur, & segetes hominum, & animalium adquantur greges, uillulæ præfluuntur, & magnæ urbes. Huius autem argumētum rei est, quod deficiēte pluuia, fontes ficcantur & flumina, sicut in libro Regū tertio inuenimus, ^{3. Reg. 17} dicente Helia: Post dies aliquātos ficcatus

catus est torrens, non enim pluerat super terram. Flumina uero postquam super terram diutius cucurrerint ad pelagus tandem deueniunt ac marinis fluctibus se componunt, & sic uapor maris sursum ut supra diximus reascēdit, & ex se iterum nubes cōficat, & huius ascensus uel descensus finis non est nec unquam fuit, ex quo mundum deus composuit, sed nec erit, quamdiu rerum creatori placuerit, teste Salomone, qui dicit in Ecclesiaste: Omnia flumina intrant mare, & mare non redundat. Ad locum unde exeunt flumina reuertitur, ut iterum fluant. Mo. Auctoritates quidem ex libris prophetarum multas adduxisti, & eas secundum uoluntatem tuam explanasti, sed uellem unam saltem mihi patentem ostendi, per quam quod intendis manifeste possit approbari. Pe. Non est profecto noua cordis tui & tui similibus duritia. Neque enim etiam credebatis, cum manifeste & sine allegoria prophetæ loquebantur uobis, quare mirum non est, si tibi surda uidentur meæ uerba explanationis. Veruntamen ut omnes occasiones & obiectiones tuas prædicam, iam de ipso Esaiâ auctoritatem unam parentissimam tibi dicam. Dicit enim ipse

Esaiâs

Eccle. 1

Ad credendum Iudæi tardi.

Esaiâs: Ecce intelliget seruus meus, exaltabitur & eleuabitur, & sublimis erit ualde. Sicut obstupuerunt super te multi, sic inglorius erit inter uiros aspectus eius, & forma eius inter filios hominum. Iste asperget gentes multas. Super eum cōtinebunt reges os suum, quia quod non est narratum eis uiderunt, & quod non audierunt contemplati sunt. Quis credidit auditui nostro, & brachium domini cui reuelatum est: Et ascendet sicut uirgulum coram eo, & sicut radix de terra fitient. Non est species ei neque decor, & uidimus eum & non erat aspectus eius, & desiderauimus eum despectum, & nouissimum uiro- rum, uirum dolorum & cognitum infirmitate, & quasi absconditus uultus eius & despectus, unde & nec reputauimus eum. Vere languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit. Et nos putauimus eum quasi plagatum, & percussum à deo, & humiliatum. Ipse autem uulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra. Disciplina pacis nostræ super eum, & liuore eius sanati sumus. Omnes nos quasi oues errauimus, unusquisque in uiam suam declinauit, & dñs posuit in eo iniquitatem omnium nostrum. Coactus est

P 2 &

Esaiâ 52

Esaiâ 53
Rom. 16

1. Pe. 2

Hiere. 11
Actuū. 8

& afflictus, & non aperuit os suum. Sicut agnus ad occisionem ducetur, & quasi ovis coram tondente se obmutescet, & non aperiet os suum. De angustia & de iudicio sublatus est. Generationem eius quis enarrabit? Quia diuisus est de terra uiuentium. Propter scelus populi mei plagatus fuit, & dedit cū impijs sepulturam suam, & cum diuitibus mortem suam, licet iniquitatem non fecerit, neq; dolus fuit in ore eius, & dominus uoluit conterere eum, & infirmari. Si posuerit pro peccato animam suam, uidebit semen, & elongabitur tempus, & uoluntas domini in manu eius dirigeretur. Ex labore animæ suæ uidebit & saturabitur. In scientia sua iustificabit iustum multis, & iniquitates eorum ipse portabit. Ideo eum participare faciam in plurimis, & cum fortibus diuidet spolia, pro eo quod tradidit in mortem animam suam, & cum sceleratis computatus est, & ipse peccatum multorum tulit, & pro transgressoribus rogabit. Multum sane in ista ò Moyse super omnes alias laboraui prophetia, ut iuxta qđ apud uos est, illam inducerem, in quo etiam beati Hieronymi licet ueram deserui translationem. Hoc autem feci, ut occasio-

1. Pet. 2.

Jerony-
us.

nes

nes tuas omnes auferrem. Quam quia Christo applicamus, & tu forsitan non concedis, uelim dicas de quo illam dictam esse intelligis. Mo. Doctorum profecto quidā nostrorū eam de Hieremia dictam esse asserūt, quia Hier. 11
flagellatus, uerberatus, & incarceratus fuit, & multa alia quę enumerare longum est mala pertulit. Secundum alios uero de Iosia rege intelligimus, qui cum uir sanctus esset & iustus, pro peccatis non suis, sed populi est interfectus. Pe. De neutro certe istorum potest esse. Neutro namq; prophetiam totam poteris applicare. Nam si de Hieremia intelligis, Hieremias quidem flagella, carcerem, & multam afflictionem sustinuit, sed nec occisus fuit, nec flagellatus conticuit, nec peccata nostra tulit nec cætera ipsi applicabis. De Iosia uero nihil quod in prophetia habeatur potuisse dici inuenies, præter id quod & sanctus, & pro populi scelere fuit interfectus. Mo. De quo ergo prophetiam dictam intelligis, cui partes eius omnes applicare possis? Pe. De Christo. Quod enim dixit, ecce intelliget seruus meus, exaltabitur & eleuabit, & sublimis erit ualde, nos quidē nouimus quia Christus & dei seruus & magni fuit in-

Hiere. 11

4. Reg. 23

P 3 telle

Opera
Christimi
ra & stu-
penta.
Ioan. 3

Ioan. 1

Lucz 2

tellectus, & super omnes seruos dei sublimis
& exaltatus. Cuius & opera mira fuerūt ac
stupenda, & nunquam gloriæ fuit sibi cura.
Et hoc est, sicut obstupuerūt super te multi,
sic ingloriosus erit inter uiros aspectus eius,
& forma eius inter filios hominum. Sequi-
tur: Iste asperget gentes multas. Et dominus
quidem Christus Israeliticę genti quasi plu-
uiam magnam pluit, cum inter eos tanquā
in propria uenit, & eis opera de magnalia
sua ostendit. Alias autem gētes multas asper-
fit, quia eas non signorum præsentia, sed eo-
rum auditu & fama quasi rore quodā de lon-
ge irrigauit, & omnes stupidos ac præ admi-
ratione taciturnos reddidit. Vnde est: Super
ipsum continebunt reges os suū, quia quod
non est narratum eis uiderunt, & quod non
audierunt contemplati sunt, sicut Iudæis nar-
ratum fuit de eo, & audierunt. Quod & ipse
propheta admirans, ait. Quis credidit audi-
tui nostro, & brachium domini cui reuelatū
est? Ac si diceret. Adeo sunt mirāda quæ præ-
dico esse uentura, quod uix erit qui iudicet ef-
se credenda, scilicet quod brachium domini
debeat reuelari, id est, filius eius debeat incar-
nari, & sic per assumptam carnem mūdo ui-
sibili-

Titus

sibiliter ostendi Et ascendet inquit sicut uir-
gultum coram eo, & sicut radix de terra sic-
tienti. Videmus quidem quod de terra sic-
tienti, id est, de terra arida, neque uirga, ne-
que radix sine humore possit procreari.
Humor enim quasi mas est ipsius soli. Chri-
stus autem quasi radix aut uirgultum de sic-
ca terra coram domino ascendit, cum de
carne uirginis sine maris copula deus pa-
ter eum progeniuit. Quod autem addidit,
non est species ei neque decor, & uidimus
eum & non erat aspectus, & desiderauimus
eum despectum, & nouissimum uirorum,
ad ostendendam humilitatem suam addi-
dit, & pompæ mundanæ contemptum.
Eum inquit uirum dolorum. Vir sane do-
lorum fuit ipse, quia nec in infantia, uel pue-
ritia, nec in iuuentute, maleuolorum insi-
dijs caruit, ac labore, unde & maioris fa-
mæ fuit, & maioris noticiæ, quod est co-
gnitum infirmitate. Hic namque per infir-
mitatem istam nil aliud propheta intelli-
guit, quàm miserias & labores, quos secun-
dam carnem in mundo Christus sustinuit.
Sequitur: Quasi absconditus uultus eius & de-
spectus, unde nec reputauimus eū. Quasi ab-

Christus
in labori-
bus à iuue-
tute fuit.

Miserijs
& labori-
bus Chri-
stus infir-
mus di-
ctus est.

scōditus Christi uultus fuit, quia & sub eius carne deitatis splendor delituit, & impetentibus se resistere cum posset noluit, quare despectus, & non reputatus, id est, non appreciatus fuit. Et uere languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit, cum dolores atq; supplicia quæ nostris debebantur sceleribus, ipse sustinuit. Et nos putauimus eum quasi plagatum & percussum à deo & humiliatum, quod est, putauimus quod plaga, id est, flagellum illud & percussio, & depressio illa sibi contingeret ob seipsum, sed nequaquam. Et hoc est quod ait: Ipse autē uulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra. Et disciplina pacis nostræ super eum, id est disciplinam & correctionem quam ut pacem haberemus passuri eramus, pro nobis ipse sustinuit, ut misericors & benignus. Vnde sequitur, quia liuore eius sanati sumus, liuore scilicet flagellorum & uulnerum, quæ pro nobis est perpassus. Item sequitur: Omnes nos quasi oues errauimus, & unusquisq; in uiam suam declinauit. Oues quippe simplicia & stolidissima sunt animalia, & uaga. Et nos stulti quasi oues errauimus, quia ipsum quis uel qualis esset

1. Pe. 2

Oues animalia sunt simplicia & uaga.

esset nō nouimus, unusquisq; autē in uiam suam declinauit, hoc est, doctrinæ illius uix ullus credidit, sed suā ueterē quisq; retinuit. Et dñs posuit in eo iniquitatē oīm nostrū, id est, originale peccatū, quo irretimur omnes, per eū, id est, per baptismum quem ipse dedit dominus condonat & abluit. Coactus est & afflictus, & non aperuit os suū, & sicut agnus ad occisionem ducetur, & quasi ouis coram rondente obmutescet, & non aperiet os suū. Hoc totum explanatione non indiget, imo omnibus est manifestum. Christus namque ante Pylatū adductus, falsoq; accusatus, uerberatus, etiam & colophis cæsus, conticuit, & ipsi Pylato pluribus eū interrogāti, uerbū uix aliquod respondit. Sed quod sequitur de angustia & iudicio sublat⁹ est, per endiadim dicitur. De angustia enim inquit, & iudicio, pro de angusto iudicio. Et nos quidem angustum iudicium, iudicium uocamus iniustum. Christus uero de angusto iudicio sublat⁹ est, id est, per angustum & iniustum iudicium, cum nihil deliquisset captus est. Generationem eius quis enarrabit: Hoc utique de diuina generatiōe quæ inenarrabilis est et ineffabilis, protulit, & per hoc eum futurum

Baptismo
à peccatis
abluimur.

Ioan. 3
Titi 2.
Eph. 5

Accusatus
uerberat⁹
Christus
conticuit.
Euangelio
scilicet quatuor
Christi
passionē
describūt.

Ioan. 19
Lu. 23

P 5 fore

fore deum ostendit. Vnde & sequitur: Diuisus est de terra uiuentium. Propter scelus populi mei plagatus fuit, idem est quod superius dixit, ipse uulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra. Et dedit cum impijs sepulturam suam, & cum diuitibus mortem suam. Cum impijs & diuitibus idem est. Diuites quippe huius mundi, pene omnes impij sunt. Apud Iudaeos autem erat consuetudo, impios & pro aliquo scelere suo interfectos, extra communionem hominum sepeliri caeterorum. Et Christus & cum impijs, id est, cum latronibus est crucifixus, & mortuus, & extra communem sepulturam sepultus, licet iniquitatem non fecerit, nec dolus fuerit in ore eius, sed ita uoluit dominus, sicut scriptum est in sequentibus: Et dominus uoluit eum conterere & in firmari, id est, pati. Si posueris pro peccato animam suam, uidebit semen &c. Scimus profecto quod antiquitus scriptura sacrificium quod pro peccato fiebat, peccati nomine appellabatur. Vnde & hic propheta dicit: Si posueris domine animam suam, id est, animam Christi, pro peccato, id est, pro peccati sacrificio, hoc est, si pro peccato nostro sacrificabit, semine uidebit, id est, semen magnam, & heredes multos habebit. Et Christus per sacrificium corporis sui, & mortem suam, semen magnam

Diuites
huius mundi.
Mat. 19
Luca 18
1. Tim. 6

1. Ps. 2

Peccatum
aliqui sacrificium
pro peccato
appellatur.
Osee 4
2. Cor. 5

magnam uidit, & heredes permultos, & elongatum est tempus, & uoluntas domini in eo completa fuit. Ex labore animae suae uidebit, & saturabitur. Ac si diceret: Adeo laborabit anima sua, quod cum uidebit laborem illum quia rarus fuit, id est, cum uidebit, id est, nimis sibi uidebit, sicut hodie etiam dicit, tantum pertuli mali & angustiae, quod factum sum inde. Et Christus angustias & labores nimios sustinuit. In scientia sua iustificabit iustum multis, hoc est, per scientiam suam eum qui est iustus ostendet multis iustum esse dominum. Christus autem & iustus fuit, & eum iustum esse dominum multis ostendit. Sed & quod sequitur, & iniquitates eorum ipse portauit, id est, quod superius dixit, uere languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit. Ideo inquit dominus, participare eum faciam in plurimis, & cum fortibus diuidet spolia. Et Christus in plurimis participauit, quia de plurimis gentibus crediderunt in eum multi. Et cum fortibus spolia diuisit, quia cum principibus inferni qui mundum istum spoliauerant, quasi praedam partiti, partem suam asportauit, quoniam eos qui ipsum uenturum esse crediderant, inde eripuit. Sequitur: Pro eo quod tradidit in mortem animam suam. Causam sane repetit, quare in plu-

Doloribus
Christus
satur fuit.

Zacha. 9

in plurimis participauit, uidelicet quia eximia pietate sua pro mundi redēptione mori sustinuit. Item sequitur. Et cum sceleratis computatus est. Et Christus sicut prædiximus cum sceleratis est computatus, quia cū latronibus est suspensus. Et ipse peccatū multorum, non omnium tulit, quia non omnes, sed multos saluificauit. Item sequitur: Et pro transgressoribus rogabit. Christus autē pro transgressoribus rogauit, quando pro crucifigentibus se orauit dicens: Pater dimitte eis, non enim sciunt quid faciunt. Quia igitur o Moyses & tēpus & alia omnia quæ de Christo prophetæ prædicarunt, in eo quem ipsum fuisse credimus, sed & in uerbis eius operibusq; paruerunt, patet reuera eum iam uenisse, nec debes iam inde ulterius dubitare. Mo. Satis intelligo quod dixisti. Sed si ita est, cur cætera omnia quæ de Christo in prophetis sunt conscripta, in isto quem dicitis uenisse homine, non sunt completa? Pe. Quæ? Mo. Dicit quippe de Christo idem Esaias: Et iudicabit gentes, & arguet populos multos, & conflagrant gladios suos in uomeres, & lanceas suas in falces: Non leuabit gens contra gentem gladium, nec exercebuntur ultra ad præ-

Luce 23

Esaia 2.

prælium. Et hæc quidem nondum completa sunt, quæ post Christi aduentum proculdubio complebuntur. Vsq; hodie enim gentes ad inuicem præliantur. Pe. Tu quod dicitis quomodo dictum sit nō respicis. Neq; enim illud quod est conflagrant gladios suos in uomeres, & lanceas suas in falces, & non leuabit gens contra gentem gladium, nec exercebuntur ultra ad prælium, non inquam illud dixit propheta, quid facturæ sunt gētes enarrando, sed quid præcepturus sit Christus ostendendo, quemadmodum & alibi Zacharias dicit de ipso: Et loquetur inquit pacem gentibus: Sicut enim hic de eo quod pacem sit præcepturus, dictum esse intelligimus, ita & ibi: Quam cum & ipse præceperit, si completum non est, culpa eius nulla fuit. Mo. Dicit etiam Hieremias: In diebus illis, id est, Christi saluabitur Iuda, & Israel habitabit confidenter. Sed & hoc quoq; nōdum est completum, quod post hominis illius quem Christū dicitis, compleri debuit, si Christus esset, aduentum. Iuda namq; & Israel, adhuc in miseria & captiuitate est. Pe. Promissio sane ista o Moyses eis duntaxat est facta, qui de Israel credituri erant atq; Iuda, unde & in incredulis

Zacha. 9

Ioan. 14

Hiere. 23

Pfal. 94
Exo. 1
Nume. 14

Esaie 11

Esa. 65

dulis non est completa, quæ admodum popu-
lo Israel de Aegypto educto, quidam quia pec-
cauerunt & à præceptis domini recesserunt,
terram promissionis non intrauerunt, quæ
promisit dñs Moysi dicens: Descendi ut libe-
rarẽ eum de manibus Aegyptiorũ, & educe-
rẽ de terra illa in terrã bonã & spaciosã,
imo omnes in deserto mortui sunt. Mo. Itẽ
aliud, quod nondum est completũ, quod in aduen-
tu Christi ppherauit Esaia esse futurũ. Ait
enim: Habitabit lupus cũ agno, & pardus cũ
hædo accubabit. Vitulus, & leo, & ouis, si-
mul morabuntur, & puer paruulus minabit
eos, uutilus, & ursus pascentur, simul requie-
scent catuli eorum, & leo quasi bos comeder
paleas. Pe. Stultissime omnium ò Moyses in-
telligis tu istam simpliciter, ut posita est, pro-
phetiam? Mo. Etiam. Pe. In eo nõpe cordis
tui patet inscitia, Si enim ut dicis lupus pa-
cem non habeat nisi cum agno, nec pardus
nisi cum hædo, nec leo nisi cum oue & uinu-
lo. Quid proderit talis cõfœderatio? Inquit
tabit nõq; & lupus hædũ, & leo agnũ, & par-
dus ouẽ, ac uitulum. Mo. Quõ ergo illã intel-
ligis? Pe. Nos sane per bestias illas quæ rapi-
na & carne uiuũt, impios hoĩes intelligim⁹,
& ra-

& raptores, per reliquas uero pecudes, man-
suetos ac simplices, & de illis dixit propheta
quod Christus eos simul habitare ac pacẽ habe-
re præciperet. Quod autem hoc de hoĩbus in-
telligi uoluerit, in sequentibus insinuat pro-
pheta, cũ subiungit, quia repleta est terra sciẽ-
tia domini. Neq; em̃ hoc propter pecudes di-
xit, quæ cum nec aĩam habeant rationalem,
nec dñi scientiã habere possunt, id est, dñi co-
gnitionem. Sed ad huius uestræ super pphē-
tiã istã intelligentiæ destructionẽ, dixerũt do-
ctores uestri nullã inter tẽpus modernum &
tẽpus Christi futurã esse distantia, nisi quod ei⁹
tẽpore captiuitatẽ oẽm exhibitis atq; miserã.
Mo. Ecce itẽ & aliud Esaia: quod nondũ scim⁹
cõpletum esse. Dicit siquidem & ipse, Et erit
lux lunæ sicut lux solis, & lux solis erit septẽ-
pliciter sicut lux septem dierum, in die qua
alligauerit dominus uulnus populi sui. Pe.
Non est gens in toto mundo stolidior uo-
bis, qui putatis quod corpus uel lumen lunæ
deus augeat siue solis. Sol em̃ si quantus nũc
est maior tantum esset dupliciter, totũ pro-
fecto mundum combureret, ne dũ si septẽpli-
citer. Quod si & lumen eius septẽpliciter
maius esset, oculos utiq; nostros nimio splẽ-
dore

Homines
aliqui be-
stiarũ na-
tura deli-
niuntur.

Esaia: 10

Solis splẽ-
dor septẽ-
pliciter
maior erit
quõ in-
telligat.

dore obtunderet. Lunæ etiam lumen si splendore solis par fieret, nemo iam ultra quiesceret, semper etenim dies esset. Per lunaris igitur lucis siue solaris argumētum, uoluit propheta intelligi fidem & gloriam in Christū crediturorum. Ac si diceret. Fides illorum & gloria multipliciter maior erit & plucidior quàm modernorū. Et quod non de luna uel sole isto uisibili, sed de Christianorum creditatis gloria & splendore propheta loquitur, in sequētibus testat cum subiungit: Non erit tibi amplius sol ad lucendum per diem, nec splendor lunæ illuminabit te, sed erit tibi dominus in lucem sempiternā, & deus tuus in gloriam tuā, & non occidet ultra sol tuus, & luna tua non minuetur, quia dominus erit in lucem sempiternam. Nam si de sole uel luna proprie diceret, hoc quidem quod dicit, non erit tibi amplius sol ad lucendum per diem, nec splendor lunæ illuminabit te, illi quod supra dixerat contrarium esset, erit scilicet lux lunæ sicut lux solis, & lux solis erit septēpliciter. Patet igitur quia de splendore & gloria fidei sanctæ ecclesiæ propheta hic loquitur, quod & ex consequentibus designatur, cum subditur, sed erit tibi dominus in lucem sempiternā, & deus tuus in gloriam tuā.

Esaiæ 60

Ecclesiæ si
des solis
splendore si
gnificat.

sempiternā, & deus tuus in gloriā tuā. Ac si diceret: Nequaquam ulterius luce credulitatis uestræ huius, quæ similitudo est solis istius trāstorij, uel lunæ indigebitis fulgoribus, gloria quippe lucis suæ uos æternaliter illuminabit dominus. Sed & quod sequitur, non occidet ultra sol tuus, & luna tua non minuetur. Si hoc inquam ita simpliciter ut est intelligeretur, scilicet ut solis splendor uel lunæ foret continuus, non esset iam dies uel nox, mensis uel annus, quæ omnia ex solis ac lunæ proueniunt uicissitudinibus. Ergo non immerito de luce & gloria fidei nostræ quæ neque minuetur nec occidet, spiritualiter dictum intelligimus. Mo. Quid est etiam quod ad huc dicit Esaias, tunc uidebis & afflues, & mirabitur & dilatabitur cor tuum, quando conuersa fuerit ad te multitudo maris, fortitudo gentium uenerit tibi, inundatio camelorum operiet te, Dromedarij, Madian, et Effa, et omnes de Saba uenient, aurum & thus deferentes, et laudem domino annunciantes. Hæc enim etiam nondum sunt consummata. Pe. Consummata sane fuerunt tpe tēpli secundi, quod fabricauit Ezra ex præcepto Cyri, teste Aggō propheta, qui ait, Hæc dicit dominus deus

Esaiæ 60

Q

Aggei.

deus exercituum : Ad huc modicum est, et ego commouebo cœlum & terram, mare & aridam. Et mouebo omnes gentes, & uenient desiderata cunctarum gentium, & implebo domum istam gloria, dicit dñs exercituum. Magna erit gloria domus istius nouissimæ plus quàm primæ, dicit dominus exercituum. Et in loco isto dabo pacem, dicit dominus exercituum. Et quippe quæ ibi dixerat Esaias fore uentura, Aggeus quidem in templo quodiã tempore suo reedificari ceperat, innuit esse complenda. Mo. Potest eodẽ esse ut dicis. Pe. Sed dic ò Moyses, quid est quod ait Aggeus, magna erit gloria domus istius nouissimæ plus quàm primæ? In quo enim domus nouissimæ maior fuit quàm primæ gloria, cum in nouissima non fuerint illa præciosa insignia, quæ fuerunt in prima? Nam neque archa domini fuit in secunda, nec rationali usi sunt in ea, nec uenit ibi ignis de cœlo qui combureret holocausta, nec fuit tunc temporis unctus aut propheta, & alia item quæ plurima. Mo. De hoc utiq; nescimus, nisi quod à doctoribus nostris audiuius, sed & ipsi nihil aliud dixerunt, nisi quod domus secunda X. annis permanit diutius quàm prima. Pe.

Hæc

Hæc pfecto nulla est gloria. Mo. Ergo Aggeus pculdubio est mentitus. Pe. Absit. Sed in hoc fuit magna domus nouissimæ gloria quàm primæ, quod uenit Christus adhuc ea stãte, cuius aduentus maior fuit gloria, quàm illa supradicta oia habere. Sed & hoc si placet subtilius multo possumus intelligere, scilicet quod de eadẽ domo dictum sit, nouissimæ atq; primæ, de eius uidelicet principio & fine. Nam cum circa finem eius Christus aduenit, per quẽ & in ipsa domo deitas habitauit, gloria utiq; eius nouissimo plusquàm primo magna fuit. Cuius Christi aduentu oia quæ & Esaias dicit & Aggeus testatur, sunt completa. Ipso quippe adueniente, maris multitudo & terræ, ad eum est conuersa, cœlum, tellus, & maria, sunt commota. Commota inquam sunt, id est, cœli & terræ & maris habitatores exultarunt, & undecunq; Hierusalem oblationes uarias ad laudem ipsius Christi attulerunt. Mo. Quare iam amplius tibi obijcerem aliquid, cum tu auctoritates meas oēs ad tuam explanes uoluntatem? Pe. Habet ueritas robustas, quibus innitatur, columnas.

F I N I S.

Q : TITV

Gloria domus nouissimæ quæ sit.

Collos.

TITVLVS

DECIMVS QVOD VOLVN.

tate spontanea à Iudæis crucifixus est

Christus, & occisus.

M O Y S E S.



AD REM Petre uolo nos redire, & de alijs tuæ creditatis partibus mihi quæso responde. Cum itaque Christum & hominē credas fuisse & deum, cur se crucifigi passus est, nec se de manib⁹ eripuit Iudeorum? Quomodo enim omnipotentia imminutum est imperium? Pe. Bene quidem se tueri & seruare si uellet potuit, sed hoc spōte sua ob suorum salutem pertulit, licet carni quæ de mundo erat non placuit. Verbum enim dei carnem ob aliud nequaquam caperet, nisi ut eos qui in se crediderant, & credituros, de diaboli captiuitate liberaret. Mo. Ex hoc sane tuo sermone quæstiones oriuntur multæ, prima quid sit diabolus, secunda quare homo deuenerit in potestatem illius, tertia, cur de manu eius hoies liberauerit deus, quando quidem ipsos in eam decidere sit passus, quarta, cur eū eos redimi uoluit sua hoc pote-

Joan. 3

potestate nō fecit, imo incarnari ac pati maluit. Pe. Quoniam plura simul dixisti, & de pluribus simul plene nō potest responderi, quæras si placet de singulis uolo, & quod inde sentio respōdebo. Mo. In primis igitur de diabolo quid sit, audire desidero. Pe. Diabolus ò Moyses subtilis quidem & spiritualis est res, & fuit olim unus de bonorum ordinibus angelorum. Cuius ordinis duo de principib⁹ Huza & Hazazel in Hebraica, Haroth uero & Maroth in lingua appellantur Arabica. Et hic diabolus peccato & iniquitate sua aggrauatus, & quasi aliquantulum ponderosior effectus, & sic de summo cœlorum delapsus, paulo descendit inferius, & est hic infra firmamētum habitatio eius. Mo. Scriptum profecto apud nos est esse diabolos, & de principibus eorum Huza & Hazazel esse appellatos, sed hoc uellem ego libenter audire, qua philosophica ratiōe, eos esse, uel quid sint, possis ostendere. Pe. In primis igitur debes scire, artis illius quæ nicromantica appellatur, nouem particulas esse, quarū quatuor primæ de quatuor tractant elementis, qualiter in eis operari possimus phisicæ, quinque uero reliquæ quemadmodum non nisi per

Diabolus
quid sit.

Dæmonis
habitatio
ubi sit.

Q 3 inuo

inuocationem malignorū operari quis pos-
 fit spirituum. Illi autem maligni spiritus, dia-
 boli ab hominibus appellantur. Mo. Verum
 hi forsan diaboli, nunquam boni ut dicis an-
 geli, sed semper spiritus fuerūt impij. Pe. Non
 est utiq; hoc uerum. Neq; enim deus quicquā
 fecit nisi bonum, cum in uerissima legatur
 scriptura, uidit deus cuncta quæ fecerat, &
 erant ualde bona. Sed quia malum elegerūt,
 ideo maligni effecti sunt. Mo. Cum & argu-
 mento experimentalī, & doctorum appro-
 bationibus diabolum esse nouerimus, iam in-
 de ulterius quin sint, dubitare non debemus,
 nec ultra super huiusmodi quæstione longo
 sermone indigemus. De hoc igitur dimittam-
 us, & cur in eius arbitrium hō deueniri
 inquiramus. Pe. Qm̄ ergo deus Adā ad ima-
 ginē suam conditū & similitudinē, ideoq; in-
 ter creaturas excellentē, cōpositū creauit &
 simplicē: cōpositū quidē, ut mundū istum
 habitaret, ac super eū potestātē imperiumq;
 haberet, dissolutionisq; etiā susceptibilis esse
 posset: simplicem uero, ut qñ creatori place-
 ret, ad cœlestem angelorū patriā, sine carnis
 morte transfiret, qm̄ inquam eum talem deus
 creauit, cum hoc uidisset diabolus, qui in hoc
 aē

Gene. 1

Gene. 3

Adā qñ
creatus.Hō qñ in
dæmonis
arbitrium
deuenit.
Eph. 2

āre inferiori prope terram habitabat, inui-
 dit, & eius damnationem prout potuit per-
 quisit, quin & ut dei præceptum transfiret,
 & de fructu uetito comederet, cordi eius in-
 spirauit, propter hoc ut de dignitate sua con-
 cideret, quemadmodum & ipse concidit.
 Mo. Priusquam aliud dicas, mihi uolo Petre
 respondeas, quid sit quod Adam factum sim-
 plicem dixeris atq; cōpositum, uidetur nā-
 que esse contrarium, & tu etiam cum de re-
 surrectione disputabamus mortuorum, cor-
 pus aliquod negasti posse fore simplex atque
 cōpositum. Sed & aliud est cōtrarium, qđ
 & mortis eum susceptibilem dixisti esse crea-
 tum, & talem, ut sine morte, ad patriam tran-
 sire posset angelorum. Per alterum namque
 mortalis, per alterū uero esse ostenditur im-
 mortalis. Pe. Scias quia animalia oīa de qua-
 tuor elemētis sunt cōposita. Quæ etiam se-
 uariarunt pro ipsorū uarietate elementorū,
 in eorū cōpositione scđm qualitates & quāti-
 tates suas impariter adiunctorū, inde etenim
 diuersarū prouenit dissimilitudo specierum.
 Qm̄ uero ipsorū quibus cōponūtur elemēto-
 rū, calor frigori, humiditas siccitati, inanitas
 soliditati, pōderositas leuitati, & subtilitas

Adā crea-
tus est ut
posset nō
mori.

obtusitati repugnat, omnesq; reliquæ quæ in
eis sunt qualitates sibi ad inuicem contrariæ
sunt, ideo ex ipsis quoq; composita semper
mutantur, crescūt uidelicet atq; minuuntur,
calescunt & in frigidantur, cæterisq; acciden-
tibus uicissim afficiuntur. His autē qualitati-
bus ita altera ad alterius expulsionē tenden-
tibus, si alia paulo super crescat, alia paulum
deficiat, prouenit egritudo. Si uero una ultra
modum abundante, alia ita deficiat, ut ei cō-
tra stare nec parum ualeat, cōnexa dissoluun-
tur, adiuncta separantur, composita destrui-
tur, & dissolutio illa mors appellatur. Cum
uero Adam deus creauit, placuit sibi creare
eum talem, qui & mori & non mori ualeret.
Fecit ergo eum de elemētis subtilioribus, &
omnino æqualiter de omnibus, & hoc, ut &
ipsorum qualitates uim aliquam se ad inuicē
superandi aliquatenus non haberent. Taliter
autem factus est, ut non mori ipse potuisset,
& ego eum ideo simplicem appellauī, & im-
mortalē. Hoc modo quippe fuerat immor-
talis, quemadmodum & cætera simplicia im-
mortalia sunt omnia. Cuius rei manifestum
quædam animalia tribuunt argumentum,
quæ quia æqualius cæteris elementis cōditæ
sunt,

sunt proculdubio diutius uiuunt. Quia ue-
ro de quatuor factus est Adam elementis, &
quicquid ex eis fit susceptibile est dissolutio-
nis, ideo dixi eum mortalem atq; compositum.
Mo. Placet quod dicis. Sed cum ut asse-
ris & mori & nō mori potuerit, quare mor-
talitas immortalitatem superauit, ita quod
usq; hodie omnis homo mortalis sit: Pe. Hoc
est quod explanare disposui, & hæc est causa
cur in potestatem diaboli Adam deuenerit.
Cum ergo creatoris obedientiam transire
cordi eius immisit, super eo cogitauit, post-
quam uero cogitauit, elegit, postquā elegit,
optauit, postquam optauit, & fecit, cum au-
tem fecit, peccauit, postquā uero peccauit,
æqualitatem quam habebat & sic immortali-
tatem amisit, & omnino ut compositorum
natura est mortalitatem suscepit, ita quod ul-
terius ab eo separari nō potuit, unde & huius
modi diffinitionē recepit, qđ rōnalis & mor-
talis dictus fuit, quin & ois qui de eius semine
processit, naturā eandem, & ipse habuit.
Est quippe iustū, ut si quid de alio prodeat,
naturæ eius similitudinem recipiat. Anima
uero Adam cū subtilioris esset naturæ quā
corpus, atq; fortioris, quia peccato illi assen-
sum

Mortalis
est omnis
homo.

Homo pri-
mus qđo
mortalis
factus.

Q s sum

Anime cor-
lum clau-
sum.

sum præbuit, et cum posset non restitit, omnis anima quæ corpori ex corruptione illa pro-
genito se miscuit, ob culpam illam cum de cor-
pore exiret, cœli summitatē quod suæ erat
naturæ transcendere iam nequiuit, imo in in-
feriori aère hic prope terram remansit. Quæ
in locum quia ipsa quasi aduena deuenit, ci-
uis autem erat diaboli, propter hoc diabo-
lus super eam potestatem habuit & deside-
rium suum quod ipse desiderauerat, comple-
tum fuit. Quia uero etiam Adæ peccatum
duplex fuit, spirituale scilicet & corporale,
spirituale quidem, quia diabolo potius quā
deo credere, quod ad spiritum pertinet, & obe-
dire elegit, corporale autem, quia se inuerti
fructus dulcedine, quod suum est corporis
delectauit, ideo sane mortem carnis, & mor-
tem animæ, pœnam scilicet duplicem ipse su-
stinuit. Mo. Satis compositæ mihi uidetur or-
dinateque egesti, qualiter Adam propter pec-
catum suum, & ita omnis homo in arbitriū
uenerit diaboli. Sed & hoc mihi si nosti uel-
lem aperiri, quare & quomodo secundum
physicam propter præcepti transgressionem,
eam quam in sui compositione Adam habue-
rat, amiserit æqualitatem. Pe. Scias ergo quod
Adam

Morte du-
plur Adæ
peccatum
punitum
est.

Adam cum æqualiter de elementis omnibus fa-
ctus esset, æqualē etiā affectuum temperiem ha-
bere debuisset, ut iræ & mœstitiæ, comedēdi
atque bibēdi, ac cæterorū, quorum nullus in
homine superabundat aut decrescit, nisi ex ele-
mētorum superabundantia, uel diminutio-
ne qualitatum. Cum uero ei diabolus dñi sui
præceptū transgredi consuluit, ipse aut inde
cogitauit, ita quod & facere elegit, nec aīa ut
posset prohibuit, iā ex tūc peccare & æquali-
tatē suam exire incepit, quia temperiem illam
amiserit, & quo non indigebat, imo sibi uetitū
fuerat, comedere exoptauit, & sic gradatim
usque ad opus deuenit, & comedit, & tūc omni-
no æqualitatē suā perdidit. Quod si in primis
ita super eo cogitaret, ut bonum ne an malū
esset, quod audiebat tantū inspiceret, non etiā
eligeret, proculdubio nec peccaret nec æqua-
litatē amitteret, uerbi gratia, quemadmodū
cum quis nec nimium lætus est, nec nimium
tristis, sed in utroque æqualis, si rumorē tūc ta-
lem audiat, quo & irasci & non, si uelit, ua-
leat, ipse uero super illo sic cogitauerit, ut etiā
egre ferat hoc quod audierit, colera quidem
rubea de qua pcedit ira, ex huiusmodi cogi-
tatione in eo commouetur, & sic ille calefcit

Affectuū
temperiem
Adam pec-
cato amiserit.

Ira unde
pueniat

atque

atq; irascitur, & quo magis calefcit, magis & colera mouet, donec omnino irascatur, & sic mediocritas & temperies illa mœstitiæ atque læticiæ quam prius habebat destruitur. Si uero de rumore illo ita quod eum non pigeat meditet, nec colera mouetur, nec ipse homo calefcit aut irascitur, nec ab eo temperies illa separatur. Mo. Hoc sane credimus nos, quod & consilio serpentis Adam peccauerit, & ex eius peccato omnis homo morti addictus sit. Doctores namq; nostri multos fuisse uiros attestantur, qui nisi serpentis consilio & Adæ peccato nullatenus morerentur, de sanctorum autem animabus quod ad infernum post mortem descenderint non credimus. Quare si inde aliquam auctoritatem habeas, mihi precor illam ostendas. Pe. Breuiter quidem tibi illud aperiam, sed tamen nonnullas inde auctoritates manifestas indicam. In Genesi namq; de Iacob legitur, quod & filijs & filiabus suis ad consolandum eum super filio suo Ioseph congregatis, noluit consolari dicēs: Quia descendam ad filium meum lugens ad inferos. Mo. Hoc sane Iacob secundum corpus dixit. Per inferos enim terram, in qua sepeliuntur omnes, intelligi uoluit. Ac

si dice

Gene. 3

imbus
atru ex
ripturis
stendit.
Gene. 37

si diceret: Quousq; moriar, & in terra cum filio meo sepeliar, quin & in interitu ipso semper lugebo. Pe. Non est uerum quod dicit. Sciebat enim quod filius suus in terra non erat sepultus, imo putabat quod ab aliqua bestia esset deuoratus. Hoc ergo dixit secundum animam: Quia ad filium meum lugens ad inferos descendam. Ac si diceret: Quia mortuus est filius meus, moriar, & ad inferos ubi anima eius est, & omnes animæ mortuorum, lugens deuentiam. Quin & hoc testatur David in Psalmo cum dicit: Quis est homo qui uiuet & non uidebit mortem, & eruet animam suam de manu inferi? Per hoc namq; quod ait: Quis est homo qui uiuet & non uidebit mortem, innuit nullum esse qui non moriatur hominem, per hoc autem quod est, & eruet animam suam de manu inferi, insinuat nullam tempore suo animam de inferni manu potuisse seruari. Ezechias quoq; ut in Esaiâ legimus licet bonus homo & sanctus fuerit, sicut in oratione sua testatur ipse cum dicit: Obsecro domine memento quæso quomodo ambulauerim coram te in ueritate, & in corde perfecto, & quod bonum est in oculis tuis fecerim, licet inquam tam sanctus fuerim,

Psal. 88

Cælit nulli
patuit
ante Christi
mortem.

4. Re. 29

est,

2fa. 38

rit, ad infernum tamen se descensurum esse ostendit, cum in sequētib; dicit, ego dixi, in dimidio dierum meorū uadam ad portas inferi. Mo. Si ita est ut afferis, tunc & patriarcharum animæ & prophetarum, cæterorūq; sanctorum oīm ante mortē illius, quē Christum dicitis, defunctorum, una cū animabus impiorū in loco uno demoratae sunt. Pe. Verū profecto est, quod in obscuritate oēs ac tenebris, sed non erant omnes in locis pœnalibus, siue supplicijs, nā iuxta merita sua retribuebatur singulis, ueruntñ oīes in inferno & sub iure erant diaboli. Nullus enim mortuus ab Adā usq; ad mortē Christi claustra deuitauit inferni, & hoc p̄cipimus ex uerbis Moyfi, qui cū filios Israel admoneret facere p̄cepta dñi, & eis p̄diceret quæ inde p̄mia essent habituri, nihil unq; de beatitudine pollicitus est paradyfi. Notū enim iam extitit fuerat oīibus neminē illū esse intraturū ante mortē Christi. Mo. Nō ob hoc opinor qd dixisti de Paradyso loq; Moyfes distulit, sed agnouit quia magis uel his uisibilibus bonis quæ summopere exoptabant, ad obediendū dei p̄ceptis admonere, uel p̄sentibus malis laboribusq; quos timebant, ab iniquitatibus

Moyfes legem seruātib; nihil de beatitudine Paradyfi promissit.

bus suis posset abstergere, quā si de futuris supplicijs p̄diceret, aut cœlesti quam nesciebant beatitudine. Pe. Praua est ista tua opinio. Nam si & de duplici p̄mio, & de duplici cum eis ageret supplicio, tanto magis & ad malum fugiendum, & ad bonum admoneret amplectendū. Præterea autē si uis ostendam tibi secundum tuam ipsius credulitatē, sanctorum animas in inferno fuisse, & sub diaboli iure, ante Christi mortē. Mo. Ego sane nihil desidero nisi ueritatem. Pe. In primis itaq; quæro à te quo in loco fuerint sanctorū animæ, cū eas in inferno credas nō fuisse. Mo. In cœlo utiq; fuere. Pe. De hoc etiā quæso responde, si unquam uel legeris uel audieris, quousq; altius potestas eorum, qui in nigromantica arte operantur, possit ascendere. Mo. Usq; ad firmamentū tantummodo. Pe. Et potest illud aliquatenus transire? Mo. Mirū est qd quæris, cū non solū à sapiētibus, sed & à uetulis in proverbio dictū esse audieris, tantum habes in hoc, quantum habet diabolus in cœlis. Pe. Nūc igitur uolo dicas quē ad modū credas factum qd in libro legit̄ primo Regū, Samuelē scilicet per mulierē quæ phitonē habebat suscitatum, uerum ne enī fuit siue

1. Re. 28

Samuel
an uere re-
gi Sauli
apparue-
rit.

sue fantasticum: Mo. Multis modis profecto uerum ostenditur, uno quidem quod inde patenter loquitur, qualiter scilicet de terra ascenderit, qualis forma eius, ætas, uestimentumq; fuerit, & quomodo ex parte dei omnia quæ Saul quæsiuit, ueraciter ipse responderit, & quicquid dixit, falsum inde quicquam non fuit, alio uero, quod Saul in potestate mulieris esse sciret, quod Samuelem suscitare posset, utiq; eum suscitari non rogaret, tertio autē, quod doctores nostri deum Sauli peccatum suum in morte sua asserunt cōdonasse, ex ipsius Samuelis ad Saulem sermone. Ex hoc enim quod dicit: Cras autem tu & filij tui mecum eritis, comprobant Saulem cum Samuele in locum deuenisse quietis. Pe. Verum ne an falsum fuerit, diutius disputare nō placet. Sed si ita est ut asseris, qualiter per artem nicromanticā potuit suscitari, si in cœlo esset? Quod si in cœlo non erat, proculdubio sub diaboli iure, & in inferno quiescebat. Mo. Bene mihi insidiatus es, & bene me uicisti, satisq; huc usq; ostēsum est, qualiter deuenit homo in manum diaboli. Sequitur ergo ut explanes, cur inde eum deus eduxerit, cū decidere perpeffus sit. Pe. Dāna

toigi-

to igitur generi humano ex serpentis consilio, & primi parentis Adæ peccato, damnato inquā ac duplici ut diximus morte multato, quoniam fuerunt multi sancti uiri, qui nullo commisso suo in laqueum deciderant diaboli, nisi illo ueteri peccato ac quasi iam naturali, intuitus hoc generis conditor humani, pietate motus ac misericordia, eos inde uoluit liberari. Mo. Et cum, ut asseris, super eos fuerit pietate commotus, quare eos ibidem tam diu detineri est passus, uidelicet ad illius quem Christum appellatis tempus.

Pe. Non hoc sane iusticia aliqua, sed sola fecit pietate sua, ac simplici bonitate, & simplex quidem bonitas, ut in nostræ collocutionis exordio diximus, nec mensuram nec terminum debet habere. Mo. Et quare, ut supra dixi, cum eos redimi uoluit sua hoc potestate non fecit, imo uerbum suum incarnari ac pati maluit? Pe. Quod hoc modo eos eripuit, sapientia profecto perfectissima fuit, sicut in alijs suis inuenit operibus priscis. Cum enim quondam, ut ipse nosti, populum suum Israel de Aegyptiaca captiuitate pararet educere, Aegyptiorumq; primogenita maligno spiritu uellet occidere, suos uero in colu-

R mes

Pietate deus motus hominem a morte liberauit & eterna.

Infernus quare tam diu patres detinuit.

Redemit ac liberauit deus hominem non potentia sed pietate sed pietate.

Exo. 12

mes seruare, agnum uel hœdū ipsos per domos singulas præcepit immolare, ostia domorum inficere, ut ueniens malignus spiritus domum illo transiret infectam sanguine. Sed cum uellet eos ita custodire, nōne poterat absq; hoc opere? Mo. Poterat utiq; Pe. Quid ergo indignuit huiusmodi liberatione? Mo. Sapia s̄ sane eius est, causam aliq̄ rebꝝ singulis attribuere, p̄ quā eas ad effectū uelit perducere, sicut per agni uel hœdi sacrificiū ab illa morte uoluit eos redimere, causas aut̄ rerum illas, non possumus om̄es percipere. Pe. Archana namq; dei adeo profunda sunt, & inscrutabilia, q̄d ea nullus potest penetrare. Quare ergo querendo miraris, cur uerbū suū incarnari dñs ac mori pro redēptiōe miserit hoīs? Mo. Et cur eos non redemit ab illo Adæ peccato aialis cuiuslibet immolatione, sicut in lege præceptū est, p̄ peccato sacrificari de aliqua pecude? Pe. Stultissime oim, ubi tot pecudes posset inuenire? Quot enim fuerūt hoīs ab ipsius mūdi origine, et futuri erant usq; in ipsius cōsummatione, tot utiq; pecudes immolari fuisset necesse. Præter hoc etiam peccatum illud q̄d & corpus occuparat & aiam, rationabiliter deleri nō poterat, nisi

Leuit. 4
Numc. 5

nisi p̄ sacrificiū q̄d & corpus haberet et aiam. Mo. Cū igit̄ illud p̄ sacrificiū tale redimi uoluit, quare illud sacrificiū de ppheta aliq̄ uel q̄libet alio uiro sc̄to fieri nō potuit, qn̄ potius uerbū suū carnē suscipere ac mortē subire permisit? P. Quia hoīem illū qui pro tāto ac tali peccato redimēdo occūberet, ab om̄i eē delicto immunē necesse fuisset. Si em̄ nō peccata propria, morte sua redimere indigeret, hoc uero in aliq̄ qui tm̄ eēt hō reperiri nō posset. Natura em̄ corporis à peccato sibi cauere nō sustinet, testante deo in Genesi, & dicēte, quia infidet mens hoīs diligēter ad neqtias à iuue tute. Dicit q̄q; & Salomō in Ecclesiaste: Nō est hō in terra, q̄ faciat bonū, et nō peccet. Ratio igit̄ & dei sapiētia fuit, ut uerbū suum corpus humanū acciperet, q̄d totiꝝ cōtagiōis & peccati expers seruaret, quatinus ipsum ita mundū & ab om̄i uicio purū, illud ḡnale delictū redimere posset, & ipsum ab eo q̄ reꝝ est p̄cipiū assumptū, primū oim̄ p̄ctm̄ deleret, quin & ut sine carnali patre p̄genitū, cōmissum eius q̄ sine patre factꝝ est auferret, p̄terea ut deꝝ eos q̄ cū morte filij sui à diaboli laqueo liberati essent, propria deinceps iniquitate in ipsum recidissent, in die iudicij rōnabiliter

1. Pet. 2.
Esaie 52
Redēptor
humani
gn̄is à pec
cato tota
liter alie
nus & m̄
dus esse de
buit.
Gene. 8. 6
Ecclē. 7

R 2 damna-

Iudei Christi
occidit
do quare
peccarint.

Iudeos
grauissi-
me peccat
se, Christi
occidit
exemplis
pulchre
ostendit.

damnaret. Mo. Cum illum quem Christum
dicitis pro redemptione humana uoluntate
spontanea occubuisse asseratis, cur eius inter-
fectores condemnatis, & cum tantum uolun-
tatem eius complessent, peccati reos astrui-
tis? Pe. Si ea utiq; intentione fecissent, scilicet
ut uoluntate eius complerent, & ipsius mor-
te, de diaboli potestate exituros fore se crede-
rent, nullum proculdubio peccatum incurre-
rent. Quia uero eum negauerunt, & ex inui-
dia occiderunt, ideo & tanti huius sceleris rei
sunt, & nec in presenti seculo, nec in futuro,
miseriam ac tribulationem exhibunt, quam-
diu in hac sua nequitia permanebunt. Quod
autem & rei & merito sint condemnati, per
simile ostendam tibi, et tu etiam ipse rectum
esse iudicabis. Mo. Ego sane cum audiero, si
rectum est, rectum iudicabo. Pe. Habebat igi-
tur homo quidam nauim unam, & erat uo-
luntas eius comburere illam, ut & clauos se-
orsum haberet, & sibi de lignis carbonem fa-
ceret. Hoc autem eo cogitante, quidam ini-
micus eius noctu ad nauem uenit, & nescius
uoluntatis huius, odio eam combussit. Ma-
ne autem facto, homo predictus ut uolebat
clauos quidem nauis suae in parte una, in alia
uero

uero carbonem inuenit. Item aliud: Erat do-
mus quaedam lapidea uiro cuidam, quam cum
destruere uellet, ut de lapidibus aliud quod-
dam aedificium faceret, forte quidam hostis
eius ita die quadam deiecit, quod nec super
lapidem lapis remansit, & hoc non pro illius
quam nesciebat uoluntate complenda, sed per
odium fecit. Vir autem predictus, cum ad do-
mum suam die altera uenisset, quod facere co-
gitabat, & uolebat, effectum repperit. Cum
uero nec ille qui nauim combussit, nec ille qui
domum deiecit, pro uoluntate hostis sui com-
plenda, sed ex odio inuidiaq; fecerit, quid de
eis iudicabis? Mo. Ego sane & eos reos esse
iudico, & puniendos. Pe. Eadem ergo ratio
ne rei sunt, atq; iudicandi, qui Christum non
pro eius uoluntate complenda, sed odij occi-
derunt inuidiaq; ueneno. Mo. Proculdubio
rei essent, si hoc modo quo dicis fecissent. Ne
quaquam uero sic fecerunt, imo iusto eum iu-
dicio occiderunt. Pe. Et quam ei culpam im-
putarunt, quia eum morti addixerunt? Mo.
Quia & magus fuit, & per artem magicam
filios Israel in errorem misit, & praeter hoc
filium dei se uocauit. Pe. Non est mirum si
haec & alia de eo dixerunt mendacia, licet ad
R 3 redi-

Osee 7

Ioan. 2
Ioan. 6
Lucæ 18
Lu. 14
Matth. 9
Mar. 7
Ioan. 11
Lucæ 7

redimendum eos ipse aduenerit. Hoc namque de eis Osee prophetauit: Væ eis quoniam recesserunt à me. Vastabuntur, quia præuaricati sunt in me. Et ego redemi eos, & ipsi locuti sunt contra me mendacia. Præterea tamē ubi tantum artis magicę addiscere potuit, ut per eam in uinum aquā conuerterit: de quinque panibus, hominum milia quinque refecerit, leprosos, hydropicosq; sanauerit, claudis gressum, surdis auditum, mutis uerbum, cæcis quoque uisum reddiderit, & quod maius omnibus est mortuos suscitauerit, aliisque quæ omnia enumerare longum est, miracula fecerit: Mo. Dicunt sane doctores nostri, quod in Aegypto eam addidicit, Pe. Ex uerbis igitur tuis in Aegypto tunc temporis fuisse comprobantur, qui opera eadem & ipsi operentur. Mo. Potest esse. Pe. Quare ergo opera eorum diuulgata & audita nō sunt, quemadmodum & eius fuerunt? Quare etiam sapientes Aegypti, doctrinam eius ac legē susciperent, si eum magum esse agnoscerēt? Mo. De hoc tibi certe nescio ego respondere. Neque enim de eis audiui, quod in eum unquam crediderint, nec quomodo aut quando fecerint. Pe. De his modo dimittamus, & opera eius

eius singula inquiramus, ut an uel per artem magicam, uel per aliam physicam aliquam, an potius per uirtutē dei facta fuerint inquiramus. Mo. Bene dicis. Et ego etiam de minoribus inquirendis multum non curo. Si enim de maioribus ostenderis, quod per uirtutē dei facta sunt, de minoribus non dubitabo. Pe. Sapiēter loqueris. Et ego ut dicis ita & concedo, quare de quolibet primū inquirito. Mo. Primum oīmi mihi, de leprosis qualiter mundati sunt, & de cæcis qualiter illuminati, responderi uolo. Pe. Scias quia lepra ulatenus aliter quā uel per medicinā, uel per dei uirtutē curari nō pot. Quod si per medicinā, uel per potiones interius, per unctiōes purgat exteriorius. Cū autē medicinā aliq̄ operari ab eo hō nō uiderit, sed eos uerbo tm̄, & in momento curauerit, patet pfecto qd per uirtutē dei factum sit. Mo. Nonne de Firmino mago legimus, qd leprosum unū mūdauerit? Pe. Falsum sane est qd eū curauerit: ipse uero per magicam artē suam oculos hoīm decepit, & qd in re nō erat, uideri effecit. Cuius rei argumentum est, quod æger post aliquod tēpus eandē ægritudinē recepit, & licet exteriorius cutē suā ut aliq̄ mundam aspiceret, nunquam tamen

Matt. 8
Lucæ 17
Lucæ 18Leprā uerbo
Christus curauit.
Firminus magus.

ut ipse dixit infirmitatem interius nō fenfit. Præterea autem nusquam in tota nicromanica legitur, quod per eam ueraciter leprosus unquam curetur. De cæcis autem, de eis qui cæci nascuntur, cōtradicit physica, quod eos illuminare ualeat medicina. Assitha uero magus testatur, quod per artem nicromanticā, eis ueraciter lumen non reddatur. Mo. Esse potest. Sed de mortuis quid dices, cum idem Assitha perhibeat, quod eos suscitare & cum eis loqui homo possit, & in libro suo quo fieri ualeat modum ostendit, & ex alia parte in libro Regū legatur, ut diximus, qualiter per mulierē phytonissam Samuel suscitatus sit? Pe. Verum profecto est, quia sicut dicit Assitha testatur. Sed inter dei opus & illud quod per artem magicam fit, in resuscitatiōe mortuorum, distantia ingens habetur. Mortui enim per magum aliquē suscitati, ultra quā longa est umbra sua ambulare non possunt, sed cum ad eius finem uenerint, in terrā mortui recidunt, qui autem per dei suscitatur uirtutem, bibunt ac comedunt, quo liber & quātum liber incedūt, & quamdiu dei placitum est, ut cæteri homines uiuunt, sicut illi quos & Heliseus & Helias suscitauit & Christus. Mo.

Assitha
magus.

1. Reg. 28

Mortuos
magi uere
suscitare
non possunt.

3. Re. 17
4. Re. 4
Lucæ 7

Mo. Cum huc usq; satis ostensum sit, quod nihil per artem magicam imo per dei uirtutem ut propheta alij, homo ille cuncta partrauerit, dicas uolo cur se nō prophetam, sed dei filium uocare præsumperit. Pe. Ideo sane fecit, quia ueraciter filius dei fuit. Quod cum superius auctoritatibus multis ostendimus, cum de ipso quod deus & homo fuerit ageremus, iam id ulterius probare non indigemus. Quod si etiam uelis in angustā inde disputationem ueniamus, & ego tibi per rationem ostendam, quod cum se dei filium uocauit, ueritatem locutus fuit. Mo. Placet. Pe. Qui itaq; per uirtutem operatur dei, potest ne quicquam absq; ipsius dei uoluntate operari? Mo. Necessè est, mihi uidetur, quod qui per uirtutem dei facit aliquid, nullatenus nisi uoluntate eiusdem dei illud operetur. Pe. Et qui per uirtutem dei, & eius operatur uoluntatem, nunquid non sequitur, quod dei amicus, & fidelis eius sit seruus? Mo. Vtiq; sequitur. Nam hoc legendo inuenimus, quod sancti propheta, qui miracula quondam fecerunt, deo dilecti eiq; fideles fuerunt, sicut Moyses, Helias, & Heliseus, multiq; alij, qui in uita sua miracula plura partrarunt. Pe. Et

Filius dei
Christus.
Ioan. 1

Ioan. 11

Exod. 23
3. Re. 17.
& 18.

Eccle. 43
4. Re. 2.
5. 6.

R s qui

qui amicus dei & fidelis ei⁹ est, de deo uel ex parte dei falso quicq̄ eum non dicere necesse est. Mo. Verum est. Pe. Cum igit̄ Christus ut supra pbatum est & per dei uirtutē uolūtatemq; miracula fecerit, & ex hoc sequat̄, qđ amicus eius seruusq; fidelis extiterit, pculdubio concludit̄, qđ de deo uel ex parte eius falso nihil unq̄ locutus sit. Quod cū ita sit, ueraciter ergo filiū dei se uocauit. Mo. Ratio est quod dixisti. Sed hoc cum stupore admirror ego uehementi, qđ cū tempore illo complures fuerint uiri, intellectu magno ac sapientia präditi, nequaquam eum talem fuisse perceperint. Quod si agnouerunt, quare fidem eius doctrinamq; respuerunt, & eum crucifigendo, suarum damnationem animarū sciēter incurrerūt? Pe. Sane sicut prädiximus ex inuidia hoc fecerunt, quia uidelicet per eum dignitatem suam ac famam amittere timuerunt. Et huic simile inuenimus tempore Hieroboā regis Israel factum esse. Mortuo quippe Salomone, in duo diuisum est regnū eius, scriptura attestante, obtinuitq; partem unā filius eius Roboam, partē uero alteram seruus eius Hieroboā. Accepto autē Hieroboā cū optimatibus suis consilio, duos aureos fe-

Ioan. 3

Inuidia Iudaei Christi occiderunt.

Ioan. 11
3. R. c. 12

cit uitulos quos populus adoraret, ne si Hierusalem ad orandum & sacrificandū ut mos erat sepius ascenderet, forsan aliquādo ibidē remaneret, partiq; Roboā adhereret, & ita dignitatē suam Hieroboam amitteret, sicut eadem scriptura docet dicens: Dixitq; Hieroboā in corde suo. Nunc reuertet̄ regnū ad domū Dauid, si ascēderit popu⁹ iste ut faciat sacrificia in domo dñi in Hierusalē, et cōuertet̄ cor populi huius ad dñm suū Roboā regē Iuda, interficientq; me et reuertent̄ ad eū. Et cogitato consilio, fecit duos uitulos aureos, & dixit eis: Nolite ultra ascendere Hierusalē. Ecce dñi tui Israel, qui eduxerunt te de terra Aegypti. Cum autē & ipse Hieroboā, & pceres sui, sapientia multi essent präditi, tū per Salomonē qui præcesserat, qui omnium & præcedentium & sequentiū se, teste scriptura, sapientissimus fuerat, tū per pacē quæ ipsius tpe Salomonis magna extiterat, quæ ad discendum sapientiam, oportunitatem magnā præstat, patet profecto, quia sicut diximus per inuidiam & timorem regni sui amittendi hoc fecerint. Mirari igitur non debes, si legis doctores & scribæ inuidiæ ueneno Christum occiderint, cum per eum gloriam & dignitatem

3. Reg. 12

3. Reg. 4

Pax & q̄
sapientiā
præstat.

tem suam amissuros se esse timuerunt. Mo.
Veri simile est quod dicis. Veruntamen ad-
huc etiam miror uehementer, licet de eo-
dem alibi quæserim, miror inquam cum à
deo secundum quod dicis potens extiterit,
cur se statim non uindicauerit. Pe. Hoc nem-
pe sua magna bonitate fecit & misericor-
dia. Et hoc percepimus nōs ex uerbis eius
dum in cruce penderet, dicentis: Pater dimit-
te eis, non enim sciunt quid faciūt. Per quod
ostenditur ipse eos admodum dilexisse, licet
contra eum operarentur inique, ut prophe-
ta testatur Zacharias: Et dicetur, inquit ei:
Quid sunt plagæ istæ, in medio manuum tua-
rum? Et dicet: His plagatus sum in domo
eorum quos diligebam. Sed ò Moyses si deo
placet adhuc tempus ueniet, quo & nepotes
patrum suorum nequiciam recognoscent,
& eorum peccata condolendo plangent, &
dolebunt, & ad dominum conuertentur, &
redibunt, sicut dicit Zacharias propheta: Et
effundam super domum Dauid, & super ha-
bitatores Hierusalem spiritum gratiæ, &
precum, & aspicient ad me quæ confixerunt,
& plangent eum planctu quasi unigenitum,
& dolebunt super eum ut doleri solet in mor-
te pri-

Lucæ 23

Zacharia. 13

Zacharia. 12

te primogeniti. Et det tibi quæso omnipo-
tens deus, ut tu de illis qui conuertentur sis
unus. Amen.

F I N I S.

TITVLVS
VNDECIMVS DE RESVRRE
ctione, & ascensu Christi in
cœlum.

M O Y S E S.



VC VSQVE satis offē
sum est, de homine illo qđ
uoluntate spōtanea pro ge-
nere humano mortem su-
sceperit redimendo, nunc
autem de eo tecum loqui
uolo, quod sicut in tuæ fidei expositione dixi
sti: Die resurrexit tertio. Et bene quidem esse
potuit, cū deitatis plenitudo ut dicis, in ipso
habitauerit, cæterosq; mortuos uitæ reddi-
derit, ut seipsum resuscitauerit. Sed hoc mo-
do quæro à te, si postquam resurrexit deus, &
homo ut prius fuerit, nec ne. Pe. Credo pro-
culdubio quia sic fuit. Cum enim eius anima
à cor-

Col. 2
Esaiæ 61

Diuinitas à corpore Christi aut anima ei⁹ in morte non recessit.
 à corpore dissoluta ad inferos ut inde bonos eriperet descendit, nunq̄ ab ea diuinitas ipsa recessit, unde & cū ad corpus remeauit, semp̄ cū ea permāsit, quare & tunc & nunc & usq; in æternū & hō & deus erit. Mo. Satis reor quia sic credas, sed restat adhuc unū, de quo mihi uolo respōdeas. Cum em̄ nō ob aliam causam q̄ ut filios Adam de diaboli iugo eriperet carnē susceperit, postq̄ ut dicis illud cōpleuit ut uoluit, quare iterū corporis se grauitate impediuit. Pe. Corpus quidē Christi subtile fuit, & ab omni peccato mundissimū. Neque enim uel primi parentis Adæ, uel ex se ipso aliqd̄ cōtraxit pct̄m, & cū tale fuerit, nūquid mori debuit, cum & Adā nō nisi ppter pct̄m obierit, & p̄terea cū in eo deitas habitauerit. Mo. Non. Pe. Cū ergo nullā ob culpā q̄ admisset, imo pro saluandis suis solummō mortē suscepit, nunquid nō merito resuscitari debuit. Mo. Ordo sane rationis sic exigit. Sed cur adeo suscitari se sinauit, & non quousq; boni qui mortui sunt, alij suscitantur in fine mundi, expectauit. Pe. Alij namq; mortui peccata in mūdo isto plura commiserūt, quin & pro Adæ delicto mortem, p̄c̄nā scilicet peccati susceperunt, idēq; quisq; deo placuerit

Esaiæ 53
 1. P̄c. 2

Mortis de
 bitor Christi
 non
 erat.

1. Cor. 15
 Matth. 24
 Resurrexione sua
 Ire Christi
 sus accele
 rauit.

zuerit suscitari non poterūt, ille autē nec Adæ nec, alia ut diximus, peccatum habuit, imo spōte sua, & pro nostra redēptione, die quidē una occubuit, alia uero ad infernum, ut inde bonos educeret ipse descendit. Cum ergo oīa propter quæ uenerat iā cōpleisset, nec foret ulterio⁹ ut ita dicā qd̄ facturus esset, merito die tertia resurrexit. Præterea etiā Enoch & Helias quia sancti uiri ac digni fuerunt, si ut credimus & nos & uos, adhuc uiuunt, & licet in fine mūdi morituri, statim tñ propter sanctitatē suam resurrecturi sunt. Quod cū ita sit, corpus Christi quod sanctissimū oīm & à peccato mundissimū fuit, statim ut uoluit suscitari non debuit. Ideo etiam eū suscitari necesse fuit, ut sicut per mortē suā descendens ad inferos de iure diaboli mortuos liberauit, ita & per resurrectionē suā de eiusdē diaboli manu, uenturos liberaret, quia cum eum resurrexisse audiunt, credunt, & de iugo ipsi⁹ ita exeūt. Mo. Ratio est qd̄ dicis. Sed posses tu aliqua prophetarū auctoritate, qd̄ suscitari deberet ostēdere. Pe. Possum utiq; Dicit nāq; David in Psalmo: Dies sup̄ dies regis adijcies, annos ei⁹ usq; in diē gnationis & gnationis. De q̄ em̄ rege ista nisi de Christo dici

Gene. 5
 4. Re. 2
 Helias &
 Enoch ad
 huc uiuunt,
 sed in fine
 mūdi mori
 rientur.

Vicit leo
 de tribu
 Iuda.

Psal. 60

dici potuit prophetia: Per dies quippe regis, definitum tempus quo ante passionem Christus in mundo uixit, notari propheta uoluit, per dies autem quos super dies regis adijcendos esse dixit, quos & sine determinatiōe posuit, tempus post ei⁹ resurrectionē intellexit, quod & sine cariturum esse signauit, cum addidit, annos eius usq; in diem g. & g. In Esaia quoq; legitur. Nunc consurgam dicit dominus, nunc exaltabor, nūc subleuabor: Et hic tria dominus intelligi uoluit. Quod em̄ ait: Nunc consurgam, de resurrectione sui corporis, de morte dixit, quod autē sequitur: Nunc exaltabor, de ascēsu suo in cœlum intulit, terziū uero, quod est: Nunc subleuabor, de exaltatione & gloria in se credentium addidit. Mo. Quandoquidem de ascensione mentionem fecisti, & ego iam dudum de hoc quære disposui, nunc de eo si placet qualiter factū credas mihi postulo responderi. Prohibet nā que ratio, ponderosam rem super leuem uel ascēdere uel sustineri. Pe. Fides profecto mea est, quod in cœlum ascenderit, credo em̄ quia suæ uirtus omnipotentiae tanta sit, quod quocunq; modo factum fuerit, possibile fuit esse ut placuit. Quod si inde cū fideli aliquo agerem

Esaie 33

rem, aliud sane non responderem. Quia uero tu incredulus es, & nil nisi grossum quid, & quod quasi palpari possit intelliges, ideo aliquantulum grossius tibi respondebo, & quia per hoc boni aliquid crediturum te esse desidero. Mo. Ut sic facias ex postulo. Pe. Nosti itaque quod anser, & gallina, passer, & alauda, de quatuor elementis omnes facti sunt, & alas habent: Mo. Vtiq; noui. Pe. Dic ergo: Passer & alauda, cur a deo sursum uolādo ascendunt, anser autem & gallina similiter facere nō possunt? Mo. Quia & illi sunt parui corporis, & ideo leuiore, & isti maiores, & propter hoc ponderosiores. Pe. Si ex quantitate leuitas provenit, quare uultur uel aquila cū omnibus his maior sit, sublimius omnibus uolando conscendit? Mo. Quia de elementis subtilius compositum est corpus. Pe. Et licet leue sit & subtile, quid est quod corpus illud sursum facit conscendere? Mo. Proculdubio spūs, sine quo non solum nō uolare: sed nec moueri possiet ullatenus. Pe. Cū igitur Christi corpus post resurrectionem leuissimum & subtilissimum fuerit; quippe cū in morte omnē ponderositatem & spissitudinem amiserit, cuius rei argumentum est,

S quod

Ascēdere
non semper
per prohibet
corporis
moles.

quod ulterius nec cibo nec potu indiguit, cū
inquam tale fuerit, & spiritum, id est, animā
secum habuerit, & præterea deitatem, quæ oī
bus carnis spiritibus Moyse attestāte domi
natur & præcellit, nunquid non in cælum cū
placuit ascendere potuit? Item de Heliā cuius
corpus nullam per mortem subtilitatem sus
cepit, & tamen coram discipulo suo Heliſeo
in altum ascendit, quomodo credis rationa
biliter & secundum physicam factum fuit?
Mo. Helyas sane multum ieiunavit, & parū
comedit, unde & corpus suum leuitatem &
subtilitatem tantam accepit, quod usq; in a
erem conscendere potuit, ubi etiam & angeli
eum acceperunt, & quo deo placuit deporta
uerunt, Pe. Cum ergo corpus Christi & per
mortem subtile factum sit, & per hoc quod
post resurrectionē necessitate aliqua nec mā
ducauit nec bibit, quin & deitatis plenitudi
nem, quæ super angelos est in se habuerit, cur
sicut diximus conscendere in cælum nequī
uit? Sed & ratio est quod ascenderit. Si enim
locum in quo Moyſes stabat cum sibi in ru
bo apparuit dominus propter uicinitatē suā
horæ unius sanctū dominus appellat, & pro
pter eius sanctitatem Moyſi imperat, ut sua
calcia-

Gene. 2
Corpus
Christi
subtile, ce
los quō a
scendit.
4. Reg. 2

Exod. 3

calciamenta soluat dicens: Solue calciamen
tum de pedibus tuis, locus enim in quo stas
terra sancta est, corpus Christi in quo diuini
tatis plenitudo non momentaneo, sed per hē
niter habitauit, nunquid in sordibus mundi hu
ius post resurrectionē remanere debuit? Im
mo iusta ut diximus ratione, eā deseruit, sur
sumq; in cælum conscendit. Mo. Aperta qui
dem ratione hoc probasti, & bona similia in
duxisti. Sed poterit aliqua de ascensu eius in
prophetis auctoritas inueniri? Pe. Poterit
utique. In Genesi namq; legimus, dominum
super hoc locutum fuisse ad Abraham, licet
occulte. Scriptū est: Et produxit illum fo
ras, & dixit illi: Aspice in cælum & numera
stellas si poteris dinumerare illas. Et dixit:
Sic erit semen tuum. Et credidit Abraham
deo, & æstimatum est illi ad iustitiam. Sed
dic oī Moyſes quid est quod ait, produxit illū
foras? Quare enim hoc fecit? Nunquid in
tus ut foris Abraham non sciebat, quod stel
las numerare non poterat? Vel nūquid deus
si uellet intus ei ut foris quod dixit dicere nō
ualeret? Item cum ait sic erit semē tuū, quare
non dixit, faciā semen tuū sicut stellas cœli, si
potest quis dinumerare stellas cœli, & semen

Locus qua
re sanctus
dicitur in
quo Moy
ſes stabat
cum deo
loquens.

Gene. 15

Abrahæ
quare de
pæcepit
exire &
stellas nu
merare.

Gene. 13

tuum dinumerabitur, quemadmodum & alibi dicit: Faciam semen tuum tanquam harenam maris, si potest quis dinumerare harenam maris, & semen tuum dinumerabitur? Mo. In hoc certe aliud nescio, nisi quia sic dicere placuit deo. Pe. Sermonem quippe uolo totum intelligas, & quod uerbum aliquod temere scriptura non posuit, scias. Quod itaque scriptum est produxit illum foras, duabus de causis à domino factum est. Vna quidem, ut ei cœli locum ostenderet, quod per hoc designatur, quod est aspice cœlum. Altera uero ut stellarum multitudinem, & hoc est quod dicit, numera stellas, si poteris dinumerare illas. Quod autem sequitur, sic erit semen tuum, in Hebræico quidem ponitur tale uerbum, quod in Latino & huc redditur sic, eo scilicet, quod & locum & similitudinem significat. Si enim tale ponere ueller, quod locum tantummodo significaret, henna utique diceret: si uero tale, quod solum sic redderet, cacha posuisset. Per hoc igitur quod ibi co posuit, notari uoluit & locum in quo futurum erat Abrahæ semen, Christus uidelicet post suam ascensionem, & ipsius seminis multitudinem, Mo. Illud scio ego, quod co hebræice, latine

Abraham
quare do-
minus for-
as ut stel-
las nume-
raret pro-
duxit.
Gene. I

277 Exo. 2

latine sic reddat, sed nusquam puto locum significat. Pe. Facit utique: In Exodo namque legitur de Moyse: quod uidit uirum Aegyptium percutientem quendam de Hebræis fratribus suis. Cumque circumspexisset huc atque illuc, nullumque adesse uidisset, percussum Aegyptium abscondit fabulo. Vbi enim huc atque illuc ponitur in Latino, in hebræico quidem inuenies co, & co. Sed ad huius sententiæ confirmatio nem sequitur in eodem: Credidit Abraham deo, & æstimatum est illi ad iusticiam. Quare enim in hac promissione credidit Abraham deo, plus quam in alijs promissionibus, quæ sibi factæ sunt à deo? Mo. In omnibus profecto credidit, qui incredulus nunquam fuit. Pe. Et quare in singulis promissionibus non dicit scriptura: quia credidit deo, sicut hic uel cum semper credulus fuerit, cur sicut in alijs super hoc tacuit, similiter non tacuit & hic? Mo. Nescio, sed sic dicit. Pe. Nunquid non supra diximus, quod uerbum aliquod temere scriptura non posuit? Mo. Dic ergo tu, quare hoc dixerit. Pe. Profecto quia contra usum erat & incredibilis illa promissio, de ascensu feminis sui in cœlum, ideo additur ad ostendendam eius sanctitatem: Credidit Abraham

Gene. 15

Scriptura
nec uerbum
frustra
ponit.

S 3 deo

Psal. 88

deo. Quia uero cum non foret mirum si dubitaret, non tamen dubitauit, sed credidit, ideo sequitur, & æstimatum est illi ad iustitiã. Sed & Dauid in Psalmo de Christi ascensu loquitur, cum refert quod de semine suo à domino promittitur. Semen inquit eius in æternum manebit, & thronus eius sicut sol in cõspectu meo, & sicut luna perfecta in æternũ, & testis in cœlo fidelis semper. Hæc autem promissio fuit ne facta propter aliquem de semine Dauid præter Christum, an de Christo solum? Mo. Cum mihi nullũ surgat proficuum ex contradicendo, reuera propter Christum factam fuisse non abnego. Inde enim argumentum est, quod promissionem illam quæ Dauid à domino facta est, de semine suo alio quàm de Christo comitatur semper conditio, sicut in libro regum inuenimus tertio, quod Dauid cum iam appropinquarent dies mortis suæ, castigans Salomonem filium, inquit ad eum. Confortare, & esto uir & cæt. statimq; causam cur eũ castigaret adiunxit, dicẽs. Si custodierint filij tui uia meã, & ambulauerint corã me in ueritate in toto corde suo, & in omni anima sua, non auferet tibi uir de solio Israel. Promissio aut illa quæ

Promissio
nẽ Dauidi
factã de se
mine suo
alio quã
de Chri-
sto, comi-
tatur con-
ditio.
3. Reg. 2

sibi

sibi de Christo est facta, & si filij tui peccarẽnt utiq; punirentur, sed tñ promittitur esse com-
plenda, sicut in eodem legitur Psalmo. Si autẽ
dereliquerint filij eius legẽ meam, & in iudi-
cijs meis non ambulauerint, si iustitias meas
prophanauerint, & mandata mea non custo-
dierint, uisitabo in uirga iniquitates eorum,
& in uerberibus peccata eorum, misericor-
diam autẽ meam non dispergam ab eo, & quę
procedunt de labijs meis non faciã irrita. Pe.
Benedixisti, & bene scripturas intelligere te
demonstrasti, & contrariũ nullum posuisti.
Sed Christus quõ in æternũ manebit, nisi deus
erit, & thronus eius sicut sol uel luna in cõspe-
ctu dñi erit, & ipse testis in cœlo fidelis semp,
nisi in cœlo sit? Christum itaq; Psalmista in
cœlum fore ascensurum designauit. Hoc autẽ
facere quisquam ut credimus non posset, nisi
& deus & homo esset. Mo. Sermonis profe-
cto mihi uidetur sic exigit ordo. Pe. Itẽ Da-
uid alibi in Psalmo de eodem: Exurge glo-
ria mea, exurge psalterium & cythara, exur-
gam diluculo, Exaltare super cœlos deus, &
super omnem terram gloria tua. Hic quippe
Dauid & Christi resurrectionem insinuat,
& ascensionem, & quędam alia. Quod em̃ ait:

Psal. 88

Psal. 88

Psal. 88

S 4. Exur.

Exurge gloria mea, Christi resurrectionem designat, Ac si diceret: Exurget de morte Christus, qui est gloria mea. Illud autē quod est: Exurge psalteriū & cythara, propter gaudium intulit, & lætitiā quæ ex Christi resurrectione fuerant prouentura, quæ bene per psalterium designantur & cytharam, cum tempore prosperitatis & lætitiæ, huiusmodi exercentur instrumenta. Ac si diceret. Christo resurgente: omne cum eo gaudium exurget atque lætitiā. Per tertium uero quod est: Exurgam diluculo, ubi supplendum est in diluculo, notatur, quia ipse Dauid de tenebris inferni eripiendus erat resurgente Christo. Sic namque hic per diluculum intelligimus lucem, sicut multis in locis per nomē quod est uesper, tenebras intelligere solemus & noctem. Ac si aperte diceret: Christo resurgente, exurgam & ego de tenebris cum eo in gloria & magna luce. Quartum autem quod dixit: Exaltare super cœlos deus, & super omnem terrā gloria tua, de exaltatione & ascensu Christi in cœlum addidit, de quo ascensu per totum sibi mundum prouenire debebat gloria. Quasi si diceret: Exaltaberis super cœlos & ascendes, & inde tibi per totam terram accumulabitur

Psalteriū
& cythara
quid designent.

bitur gloria. Quod uero dixit, deus, necessario de Christo intelligim⁹, qui & homo fuit & deus. Purus enim deus cum nec de loco ad locum moueatur, proculdubio nec descendit, nec ascendit aut exaltatur. Mo. Sufficit factor, quod de ascensu dixisti. Sed in tuæ fidei expositione adhuc unum tetigisti, uidelicet quod uiuos iudicare & mortuos uenturus sit in die iudicij. Cuius rei nec argumentum nec rationem exoptulo. Si enim ut creditis & deus est & homo, satis eum iudicem etiam mundi esse concedo. Sed habes tu aliquam de scriptura auctoritatem super eo? Pe. Vtique habeo. Sic namque legimus in Danielis libro: Aspiciebam donec throni positi sunt, & antiquus dierum sedit. Et postea in eodem: Iudicium sedit, & libri aperti sunt. Deinde etiam in eadem uisione aspiciebam ergo inquit in uisione noctis, & ecce cum nubibus cœli quasi filius hominis ueniebat, & usque ad antiquum dierum peruenit, & in conspectu eius obtulerunt eum, & dedit ei potestatem & honorē & regnum, & omnes populi tribus & lingue seruient ei. Potestas eius potestas æterna, quæ non auferetur, & regnum eius quod non corrumpetur. Antiquus quippe dierum qui se-

Iudicabit
Christus
in die iudicij
uiuos
& mortuos.
os.
Iudex m^o
di Christi
fuit.

Daniel. 7

Ibidem.

Matth. 24

S 5 dit,

Apo. 20

Hominis
filius qua-
re Chri-
stus dica-
tur.

Lu. 1

Ioan. 5
Iudicium
omne pa-
ter filio
dedit.

Matth. 27

dit, deus pater est. Per hoc uero quod dixit: Iudicium sedit et libri aperti sunt, iudicium designatur, quod in fine mundi est futurum, in quo quasi in libris scripta discutientur merita singulorum. Qui autem cum nubibus caeli ueniebat, Christus est, qui recte non filius hominis absolute, sed quasi filius hominis dicitur, quia non de patre carnali et matre, immo de uirgine et deo patre natus est. Per hoc uero quod parato iudicio, et apertis libris, antiquus dierum ei potestatem, et honorem et regnum dedit, et omnium populorum, tribuum ac linguarum feruitutem ipsi promittit, patet profecto, quia iudicium omnium in mundi consummatione sibi concessum sit. Per hoc etiam quod est, potestas eius aeterna, quae non auferetur, et regnum eius quod non corrumpetur, quod tantum ad regnum diuinum pertinet, et per illud quod praecedit, quasi filius hominis ueniebat, proculdubio innuitur, quod ille cui iudicium ac regnum tale dabatur, Christus est, qui et deus ut diximus et homo futurus erat. Concedat autem tibi amice dominus, ut tu in iudicio il-

lorum qui in parte dextera collocandi sunt, sis unus. Amen.

F I N I S.

TITV-

TITVLVS

DVODECIMVS QVOD LEX

Christianorum legi Moyfi non est contraria.

MOYSES.



Actenus de singulis tuae credulitatis partibus sufficienter disputatum est, sed in disputationis exordio unum adhuc dixisti, uidelicet quod hora baptismatis tui apostolos credidisti, de qua credulitate quod sit mihi postulo responderi, utrum scilicet eos bonos et sanctos credas tantummodo uiros extitisse, uel quod praedicauerunt uerum fuisse, et quod ipsi crediderunt te etiam credere. Per utrumque profecto credo ego, et eos sanctos fuisse, et uerum per omnia praedicasse, et quod praedicauerunt, operor pro meo posse. Mo. Iam in laqueum decidisti, de quo non poteris expediri. Cum enim in principio de lege quaesivim Moyfi, si eam ut ab ipso data est obseruares, quam transgressus esse uidebaris mihi, tu quidem eam te complere, ueraciter obseruare, et per rectissimas eius semitas recto gressu incedere respondisti. Ille etiam quem Christum dicitis, eam per omnia conseruauit, sicut testatur ipse cum dicit: Quia legem non soluere,

Apostoli
Christi ue-
races fue-
runt & sancti.Mat. 5
Gal. 4

sed

sed adimplere ueni. Apostoli autem quos te
asseris credidisse, eam dissoluerunt, & præce-
ptis eius alia contraria præceperunt. Quare
cum eorum prædicationem ueram per om-
nia esse, & te credere illud dicis, unum quid
& eius contrarium credere uideris. Pe. Apo-
stoli sane ueri discipuli Christi fuerunt, &
quicquid prædicarunt, per Christum utique
fecerunt, & legem Moyfi non soluerunt, sed
adimplerunt. Mo. Et quomodo scire poterim
us quod per Christum illum prædicarunt,
cum notum sit quod nullam nisi post mortem
eius prædicationem fecerunt? Pe. Quomodo
autem inde possemus dubitare, cum sciamus
eos nihil aliud quam Christum & præcepta
eius prædicasse? Quod enim & eum & eius
præcepta prædicarunt, argumentum est, quod
ipsi ut eius fidem dilatarent, diuersas & lon-
ginquas terras nudipedes petierunt sitim, fa-
mem, nuditatem, frigus simul & calorem, an-
gustiam & laborem, flagra & occisionem,
ob eius confessionem, fere omnes pertulerunt.
Nam quomodo hæc pro eo potuissent susti-
nere, & præceptis est contrarij uel inobedi-
entes existere? Mo. Si ut dicis nec à Christo dis-
fenserunt apostoli, nec Christus in aliquo à le-

Apostoli
nudipedes
famem, sitim,
frigus & calorem,
deum morti
pro Christi
perterunt.

ge Mo-

ge Moyfi, cur ergo Moyfi contrarij fuerunt
apostoli? Pe. Et in quo inuenientur contra-
rij? Mo. In cunctis. Pe. Nimum dixisti. Ipsi
enim ieiunium, eleemosynam, ac misericor-
diam prædicarunt, deum super omnia & pro-
ximum ut se diligere præceperunt: homicidia,
fornicationes, furta, testimonia falsa, inui-
diã, & alia uicia, quæ ratio abhorret, & Moy-
ses prohibet, ipsi etiam prohibuerunt. Quo-
modo ergo dicis quia Moyfi in cunctis con-
trarij fuerunt? Mo. Si in supradictis Moyfi con-
fenserunt, quare in quibusdam alijs ab eodẽ
discordarunt? Pe. In quibus? Mo. Primum
est quod circuncisionem, quam & Abraham
& Moyfi deus præcepit, & Christus etiam
quem dicitis circuncisus fuit, apostoli post-
posuerunt, quin & fieri prohibuerunt. Pe.
Prius de hac circuncisione quare & ad quam
utilitatem præcepta sit intueri debemus, &
tunc iustum an iniustum sit quod apostoli fe-
cerunt, melius agnoscimus. Mo. Placet. Pe.
Dic tu ergo. Circuncisio illa quam utilitatem
credis poterat asserere, uel quare fieri præce-
pta est octaua tantum die? Mo. De octaua
perfecto die causam nullam nisi placitum dei
scio. Utilitatem autem assererat, quia salua-
tionis

Rom. 1;
1. Ioã. 2. 4

Apostolo-
rum præ-
dicatio
quæ fac-
rit.
Eph. 5
Ro. 6
Gala. 5

Gene. 17
Leui. 12
Circunci-
sionis uti-
litas.

tionis erat occasio. PE. Ex uerbis igitur tuis perpenditur, quod quilibet quauis die circumciscus fit saluabitur, & ita incassum & absque proficuo die octaua fieri iubetur. Sed & aliud querere placet. Circuncisio illa utrum alia re ad saluationem indiget, uel ipsa solum saluationem conferre ualet? MO. Alia utique indiget, quia ad saluationem perfectam, praeter circuncisionem, legem Moyfi compleri oportet, & modum quo fiat potes audire si placet. Si enim quis & circunciscus fuerit, & legem totam fideliter custodierit, proculdubio saluus erit. Si uero circunciscus erit, & legem in quibusdam non obseruare praesumpserit, supplicia quidem pro transgressione sustinebit, sed inde tamen ad saluationem transibit. Quod si totam legem seruauerit, circunciscus autem non fuerit, per nulla quae patiatur supplicia saluari ullatenus poterit. PE. Vnde uobis huiusmodi credulitas uenit, cum nec Abrahæ nec Moyfi deus illud unquam promiserit, nec propheta ullus hoc unquam dixerit? MO. Nos illud quippe intelligimus ex uerbis quae ad Abraham dicit dominus: Masculus inquit qui non circuncidetur carne praeputij sui, disperiet anima illa de

Gene. 17

de genere suo. Per hoc enim innuitur, quod qui circunciscus fuerit non peribit, immo saluabitur: PE. Secundum huius auctoritatis tuae explanationem, ille qui decima septimi mensis die non ieiunauerit, licet circunciscus sit, nullam tamen habebit saluationem. Sic enim scriptum est in Leuitico: Omnis anima quae afflicta non fuerit die hoc, peribit de populis suis. Quod si propter hoc peribit, circuncisio ei proculdubio non ualebit. MO. Hoc certe uidetur ratio. PE. Quid ergo dicis de Adam, Seth, Enoch, Mathusale, Noe, & filio eius Sem, & alijs multis, quos nequaquam circuncisos, & tamen fuisse credimus saluatos? MO. Siquidem antequam circuncisio praeciperetur fuerunt, & ideo sine ea saluari potuerunt. PE. Et quid dices de Iob & socijs eius, qui post circuncisionis praecceptum extiterunt, & licet incircuncisi tamen salui fuerunt? MO. Quippe de gente illa non fuerunt, cui datum erat circuncisionis praecceptum. PE. Quid itaque praedictos omnes fecit saluos? MO. Nescio reuera, sed puto quia bona fides sua, & quibus utebantur sacrificia. PE. Quid igitur dicis de ISMAHEL cui praecpta est circuncisio, & lex non, & cuius

Leui. 16. 29

Lex natu
rae.Iob non
fuit circun-
ciscus.

cuius pgenies usq; hodie circunciditur? Num quid enim per circuncisionem, illam saluatur? Sed dices quia sic, Tunc sola circuncisio confert salutem, absq; legis Moyfi complemento. Si uero dices non tibi ipsi cōtrarius eris, cum superius dixeris, circuncisionē causam esse saluationis. Mo. Ratio est quod dicis. Pe. Quid item iudicabis de mulieribus iudaicis, quæ nequeunt circuncidi, & tamen creduntur saluari? Mo. Ideo quidem saluantur, quod de hominibus circuncisus nascuntur. Pe. Quid ergo de Sara, & Rebecca, Rachel, & Lia, & uxore Moyfi Sephora, quæ Madianitidis fuit, & Ruth, quæ & omnes ut credimus saluæ sunt, & tamen de Iudæis natæ non fuerunt? Si enim saluæ futuræ non essent, utiq; uiri sui qui & sancti & prophætæ erant eas pro uxoribus non haberent, aut in eis filios generarent. Mo. De hoc sane tibi dare nescio ego responsum, quod mihi nunquā fuit ostensum. Tu autem mihi si nosti circuncisionis pande proficuum. Pe. Circuncisio profecto propter hoc data fuit, ut gens domini ab alijs gētibus discerni posset & agnosci. Ad cuius etiam gentis maiorem discretionem, præceptum est & aliud, uidelicet ne quis

Mulieres non circunciditur.

Circuncisio quare data.

quis de alia tribu duceret uxorem. Et hoc quidem totum præceptum est, quia de semine Abrahe, & lege Moyfi, & tribu Iuda Christus uenturus erat, ut uidelicet cum ueniret posset agnosci, quia ipse esset, & ne de alia natione quis surgeret, qui Christum esse se diceret, & sic in errorem mundū dimitteret. Et quod ad gentis discretionem mandata fuerit circuncisio, non ut dixisti ad saluationem, duo sane habemus argumenta. Vnum quidem quod præceptum est, fieri octaua die, & non antea, propter hoc quod nec ante octauam diē puer à matre separatur, nec formido ulla habetur, quod alijs commisceatur, die autem octaua qua de illa pollutione mundari mulier ac lauari præcipitur, priusquam hoc faciat puer circunciditur, ne remota matre cābiatur, seu alius cōmisceatur. Aliud uero quod quadraginta annis quibus in deserto filij Israel morati sunt, omnes qui ibidem nati sunt circuncisi non fuerunt, ex quo autem ad terram habitabilem uenerunt, ne alijs gentibus misceretur, statim per Iosue à domino circūcidi iussi sunt, sicut inueniunt qui ipsius Iosue librum legunt. Quod autem circuncisionem, saluationis causam esse dixisti, utiq; circuncisio-

Num. 36

Christus ex qua tribu nasci debuit.

Circuncisio non ad saluationem, sed discretionē data ē. Leui. 12

Iosue 5.

T cunci-

Mulieres
& patres
in lege ue-
tere fide ac
sacris factis
seruati
sunt.

Christus
quare cir-
cuncidi
uoluit.

Collof. 3

cuncifio tantum causa nõ fuit eius rei, immie-
etiam fides bona, sacrificia, atq; opera recta,
& post datam circuncifionem, & antea sicut
patet in Adam, Seth, Enoch, Matufale, Noe,
& Sem, Job & socijs eius, atque Iudaicis mu-
lieribus, qui omnes sine circuncifione, fide re-
cta saluati sunt, ac bonis operibus. Quin etiã
nullum prædictorum saluationis generum
salutem conferebat, nisi eius tantum qui di-
cretionem habentes, Christi credebant ad-
uentũ, & se saluari posse non credebant nisi
per eum. Cum uero Christus saluator scili-
cet quem expectabant aduenit, ut Moyfi legẽ
compleret, circuncidi se uoluit, & ut etiam
per hoc patesceret, quod de semine Abrahæ,
& lege Moyfi, & tribu Iuda, sicut prædixi-
mus uenire deberet. Completis ergo omni-
bus propter quæ circuncifio data fuit, iam
nemo ulterius circuncifione, quia nec gene-
ris aliqua discretionem indiguit. Quisquis e-
nim ad legem Christi se conferens, cuiuscun-
que generis ac linguæ sit, fidelis tantum esse
uelit, cæteris Christianis par existit. Præte-
rea postquam baptismus uenit, cum ipse ge-
neralis saluatio uirorum ac mulierum sit,
iam ultra circuncifio ad saluationem neces-
saria

saria non fuit. Quoniam igitur modis omni-
bus ostensum est, circuncifionem post Chri-
sti aduentum necessariam non esse, ideo patẽ-
ter agnoscere potes, cur eam apostoli nequa-
quam fieri præcepere. Mo. Et si eam nõ præ-
ceperunt, quare etiã fieri prohibuerunt? Pe.
Ideo utiq; fecere, ne reputarent homines ut
baptifmum ita & circuncifionem saluatio-
nem conferre, uel circuncifionem, saluationẽ
una cum ipso baptifmate, & ita in errorem
deciderunt, sicut Nestoriani & Iacobitæ, qui
nullum hominem saluari posse putant nisi
per utrunque, & sicut uos ipsi quisquis hodie
de externa progenie ad legem uestram uo-
luerit conuerti, si uir sit primum circuncidi
& postea præcipitis baptizari, si uero scemi-
na, tantum baptizari. Mo. Ex istis tuis innui-
tur sermonibus, quod nos nõ nisi post Chri-
sti aduentum baptismum fecerimus, quasi ab
ipso illum Christo addidicissemus. Pe. Si ab
ipso non, à quo ergo addidicistis? Mo. A Mo-
yse. Pe. Falsum est. Et inde duo habemus ar-
gumenta, unum, quod cum dñs Moyfi de ex-
traneis præceptũ daret dicens, si quis peregrí-
norũ in uestram uoluerit transire coloniã, &
facere phafe domini, circuncidẽt prius omne

Nestoria-
ni & Iaco-
bitæ.

Baptifant
Iudæi &
circunci-
dunt legẽ
Moyfi ac-
cipientes.

Exod. 12

masculinum eius, & tunc rite celebrabit, eritque sicut indigena terre, utique si baptismus tunc necessarius esset, ipsum sicut & circumcisionem præciperet, & cum nec hic ubi præcipue si uerum esset quod dicis deberet, nec usquam alibi inde mentionem fecerit Moyses, uos illum ab eo addidicisse nullatenus approbare potes. Aliud uero argumentum est, quod doctores uestri, illi quidem qui ante Christum fuerunt, nunquam de baptismo illo quicquam locuti sunt, per quod illum à Moysen uos non accepisse ostendant. Qui uero post Christi aduentum fuerunt, baptismum ab ipso didicerunt, & ita eum circumcisioni commiscentes, in errorem populum dimiserunt. Mo. De circumcisione quod placet respondisti. Sed quid dices modo de die sabbati, quem & multis in locis dominus per Moysen præcepit obseruari, & per seipsum loquens ad filios Israel de monte Synai, & cuius obseruationis præceptum in tabulis lapideis fuit scriptum ita, memento inquit deus ut diem sabbati sanctifices? Et causam subdit in sequentibus dicens. Sex enim diebus fecit deus cælum, & terram & mare, & omnia quæ in eis sunt, & requieuit in die septimo. Idcirco benedixit do-

Exo. 29. 31

Leui. 19. 26

Exo. 20
Deut. 5

Gene. 1

Numc. 15

dominus diem sabbati, & sanctificauit eum, & præterea lapidare præcepit, qui non obseruauerit illum. Apostoli autem eum respuerunt, & diem alium obseruari præceperunt. Pe. Sane quod diem illum dominus obseruari præcepit, in exordij mundi memoriam sicut dixisti, & rei cuiusdam alterius quæ uentura erat, signum fecit. Mo. Et quæ erat res illa uentura? Pe. Aduentus Christi, qui omnia opera sua quæ in mundo uiuēs patrauit, sexto die, id est die ueneris completuit, quando pro nobis mortem suscepit. Die autem septimo, id est die sabbati requieuit, quin & omnes qui ante mortem suam in se credentes obierant, secum ab inferni doloribus requiescere fecit. Completo autem illo cuius obseruatio sabbati signum fuit, iam illud ultra obseruari necesse non fuit. Mo. Secundum uerba tua si obseruatio sabbati, eius quam dicis rei signum fuit, cõpleta illa, multo magis obseruari debuit, tum ob memoriã mundi exordij, tum ob sanctorum requiem à doloribus inferni. Pe. Non est, utique res ut tu reris. Parentes enim uestri qui ante aduentum fuerunt Christi, diem obseruarunt sabbati, & ob memoriam ut dictum est mundi

Sabbatum
quare in-
ficuti.Sabbatum
Iudæorū
in Christi
passione
est cõple-
tum.

Ioan. 21
Ro. 4

Resurre-
ctionis
Christi u-
tilitas.

Dominica
dies Chri-
stianorū
sabbatū.

Gene. 1

Adā qua
die uel ho-
ra in para-
dyso pec-
cauit.

exordij, & quia eadem die per Christum se
requiescere debere credebant, à doloribus in-
ferni. Post resurrectionem uero Christi, quæ
causa fuit Christianæ credulitatis, & creduli-
tas causa saluationis, quāuis ex morte Chri-
sti prouenerit saluatio omnis, sed absq; credu-
litate nihil contulit utilitatis, post resurrectio-
nem inquam Christi iam omnibus in eum
credentibus sabbatum obseruare necessariū
non fuit, immo diem dominicam, diem scilicet
resurrectionis, quæ suæ saluationis causa
extitit. Mo. Et quare non obseruauerunt u-
trūq; sabbatum uidelicet ob memoriam mū-
di originis, diem uero alteram ob memo-
riam suæ saluationis: Pe. Quod ob memo-
riam originis mundi sabbatum diximus ob-
seruari, profecto obseruatum est propter re-
rum creationem, quæ tunc completa fuit, si-
cut scriptum est, compleuitq; deus die septi-
mo opus suum quod fecerat, & requieuit ab
omni opere quod patrarat. Quia uero eadē
dies damnationis animarum prima extitit,
& hoc quidem per Adam, qui in præceden-
tis diei uespere hora uidelicet duodecima
peccauit, quare de gloria in damnationē de-
cidit, postq; per Christi resurrectionem salua-
tio ani-

tio animarum uenit, iam amplius damnatio-
nis dies celebrari non debuit, immo illa, quæ
saluationis exordium fuit. Et hoc per exem-
plum tibi si placet ostendere possum. Rex e-
nim quidam ciuitatem quādam fecit, in qua
edificia præciosa fundauit, uirgulta & uineas
circunquaq; plantauit, & per mediam illam
hac illacq; aquarum riuos deduxit, quin &
omnium deliciarum fertilem redundantēq;
patrauit, aduersus quam rex gentis cuius-
dam cœpit belligerari, unde quotienscunq;
aliquis de ea exibat paratus erat hostis ille,
& insidians eum capiebat, & in tenebrosum
carcerem detrudebat. Rex autem ille, qui ci-
uitatem condiderat, eius incolis uenturum
esse tempus promittebat, quo eos de hoste il-
lo liberare decreuerat. Nullum autem alium
ab eis censum uel remunerationem exige-
bat, nisi ut diem illum celeberrimum colerēt,
quo ciuitas perfecta fuerat, & ob hoc etiam
quod eadem die, de hoste prædicto eos libe-
raturus erat, Qui eam diu celebrarunt, sicut
rex eis præceperat. Transacto autem non-
nullo tēporis spacio, super eos misericordiā
atq; pietatem habuit, & eos de illa captiua-
tione præsentialiter liberare disposuit, fi-

lium igitur suum misit. Qui deuicto hoste, de eius manu captiuos emisit. Liberatis itaque de iugo inimici rex prædictus taliter urbem ordinauit, quod nequaquam amplius illius captiuationem inimici formidare oportuit. Sed dic ò Moyses, utra dies potius debuit celebrari, uel illa qua ciuitas peracta est, sed plebs in manum decidit inimici, uel illa qua taliter ordinata est, quod amplius ab illo hoste non timuit captiuari? Mo. Dies proculdubio illa, qua ordinata est eiusmodi. Pe. Eadem sane ratione diem dominicam debemus nos celebrare, propter resurrectionem Christi, quæ sicut dixim⁹ & credulitatis fuit causa, & saluationis præcipuæ quia quicunque ante mortem Christi in ipsum credentes obire, utiq; ipso moriēte saluari sunt, sed inferni tenebras prius subiere. Qui uero post resurrectionem crediderunt, & per mortem eius saluantur, & tamen tartara nescierunt. Hęc igitur causa est, quare eam apostoli summo opere obseruari præceperunt, & sabbatum nõ, licet dominus noster Christus ipsum obseruauerit, sed hoc nequaquam nisi ut legem Moyfi compleret, & quia nondum uenerat dies resurrectionis quam seruaret. Mo. Et quid

Sabbatum
quare
Christus
obserua-
rit.

quid de phase dices festiuitate, quã præcepit dominus obseruare, & in ea agnum immolare, ipsumq; cum pane azimo & amaris herbis comedere, quod totum apostoli dimiserunt, & aliud festum præceperunt, & alio ordine, cum Christus (quem dicitis) quoad uixit nunquam illud, quod apostoli præceperunt, uoluerit celebrare? Pe. In primis sane ò Moyses diligenter debemus inspicere ritus, & causas rituum, quibus in Aegypto fieri præceptum est phase, & quare postea uice altera præceptum est in solitudine. Quod cum fecerimus, profecto uidebimus utrum post mortem Christi festiuitatem phase celebrare, uel non debeamus. Mo. Placet. Pe. Hi nempe ritus, & religiones, illius sunt. Decima die mensis est, præceptus agnus uel hædus tolli, & usque in quartam decimam diem seruari. Quæ etiam masculum esse præceptum est ac iuuenem, & absq; infirmitate omni, & illum ab omni multitudine filiorum Israel quarta decima die inter duo uespera immolari, ac de eius sanguine super utrunq; postem & super liminaria domorum poni, & hoc in domibus tantum illis in quibus debebat manducari, quin & carnes eius non crudas uel a-

EXO. 12
Phase so-
lennitatis
ceremo-
nia.

Leui. 23
Nume. 28

EXO. 12

Agni pas-
chalis im-
molatio-
nis ritus.

T S qua

qua coctas, sed igni tantum afflas comedi, integer etiam & totus cum capite & pedibus & intestinis iussus est igni coqui, noctuq; & festinanter comedi, & os illius non confringi, & sic cum azimo pane & amaribus herbis manducari. MO. Profecto ita est ut dixisti. PE. Dic ergo quibus de causis præcepti sunt ritus istius MO. Nescio, sed sic uoluit dominus fieri. De sanguine autem scio, quod super utrumque domorum possem, & super liminaria ideo poni præceptus est, ut ueniens malignus angelus, domum illo infectam sanguine pertransiret. PE. Nonne tibi sæpius supra dixi, quod uerbum aliquod temere nunquam exierit ab ore domini. MO. Dic tu ergo. Quare obseruari iussi sunt ritus illi? PE. Agnus nempe ille Aegypti, atque ritus sui figura & similitudo fuerunt agni dei, qui immolatus erat, id est, CHRISTI. Sicut enim per agnum illum de manu angeli qui corpora occidebat seruati sunt fideles domini, ita & per CHRISTVM credentes in se de diabolo, qui animas damnabat erant redimendi, & fuit agnus ille quasi annuncians illum, qui uenturus erat post se. MO. De a-

Paschalis agni ritus quare præcepti.

Agnus paschalis Christum figurabat.

gno

gno quidem quod placet respondisti, sed prædictos ritus agni quomodo poteris applicare ad CHRISTVM, quem uocas agnum dei? PE. Nam sicut agnus ille die mensis decima tolli præceptus est, & usque in quartam decimam conseruari, sic & die mensis decima, die scilicet lunæ, de obseruando CHRISTO consilium acceperunt doctores uestri. Die siquidem dominica præcedenti, HIERUSALEM ut ibi phase celebraret CHRISTVS uenit, quem cum læticia & pompa magna & honore plebs tota suscepit, unde doctorum inuidia ac maleuolentia maior creuit, & de ipso obseruando atque occidendo die crastina alter cum altero consilium cepit. Illud autem consilium usque in quartam decimam diem tectum & cælatum fuit. Et sicut agnus ille masculus esse, ac iuuenis esse præceptus est, ac sine infirmitate omni, ita CHRISTVS & masculus, & iuuenis, & omni infirmitate, id est, peccato carens fuit. Quod autem hostia illa de oue uel capra accipi præcepta est, & non de uacca, licet de animalibus illis uacca sit de quibus fieri sacrificium in lege præceptum fuit, propter

Exo. 17
Ioan. 11

Matth. 23
Ioan. 12
Mar. 11
Lucæ 12

1. Pe. 2

hoc

Quis uel
capra non
uacca ad
phafe re-
quireba-
tur.

Agni ad
uesperam
immola-
tio mortē
Christi in
cruce si-
gnificat.

Sanguis
agni sur-
per utrun-
que postē,
linit⁹ quid
adlibrat.

hoc factum est, quod ouis uel capra cum ca-
pitur non repugnat sicut uacca facit. Et fi-
gnum etiam fuit, quod Christus cum captus
est nō restitit, nec se ut posset defendit. Quod
uero ab omni multitudine filiorū Israel ius-
sus est immolari, cū singulariter de uno præ-
ceptum sit, licet non omnes unum, sed unus-
quisq; per domos & familias suam immo-
larit designauit, quod omnis Iudæorum mul-
tudo Christum occidit. Licet enim non om-
nis affuit, omnis tamen assensum præbuit.
Quia uero die quattadecima, & inter duo ue-
spera. uidendum est quæ sint duo diei uespe-
ra. Et unum quidem est, cum sol à medio cœ-
li puncto descendere incipit, alterum uero,
cum ante noctem ex toto occidit. Et Chri-
stus & die quattadecima & inter duo diei
eiusdem uespera, id est, hora nona ut uos ipsi
creditis expirauit. Possunt autem & per duo
uespera, duæ uestræ captiuitates intelligi, Ba-
bylonis uidelicet atq; Titi. Et Christus inter
duo uespera obiit, quia & post Babylonicā,
& ante captiuitatem Titi. Nam & quod san-
guis agni super utrunq; postem & super li-
minaria domorum in signum scilicet crucis
poni præceptus est, sanguinem designauit
Chri-

Christi qui super crucem effusus est. Et sicut
sanguis illius agni ut diximus de morte cor-
poris custodiuit fideles domini ita & fideles
suos de interitu animæ, sanguis redemit Iesu
Christi. Sicut etiā sanguis ille domū nullam,
nisi illas in quibus comedebat cōseruauit, un-
de & in illis tantum præceptus est poni, ita &
sanguis Christi qui super crucē effusus est nul-
lum saluat, nisi in quo agnus dei comeditur
illum uidelicet qui eiusdem corpus comedit
Christi. Præterea quemadmodum agnus no-
cte iussus est manducari, sic & Christus no-
cturno tempore captus fuit, ne à populo libe-
rari posset aut defendi. Quēadmodum etiā
nec crudus nec aqua coctus, sed affusus igni, ita
& Christus nec sine iudicio, nec tamen iusto
iudicio, sed iniusto condemnatus fuit, sicut
nec omnino cruda, nec bene cocta est caro as-
sa igni. Sed et ob eandē causam festinanter &
cum pane azimo præceptus est manducari.
Sicut enim panis azimus nequaquam donec
fermentetur pasta expectatur fieri, immo fe-
stinanter fit, ita & in Christo nullam rectitu-
dinem expectarunt iudicij, imo festinanter
condemnatus fuit. Per amaras uero herbas
cum quibus præceptus est agnus ille come-
di, de-

Apo. i

Nocte qua
re Chri-
stus capt⁹
est.

Panis azim⁹
mus.

Festinan-
ter come-
dere.

di, designatur, quod ex illa damnatione iniu-
 sta, calamitas & amaritudo uenit. Quod au-
 tem & totus cum capite & pedibus & inte-
 stinalis mandatus est coqui & post comestio-
 nem os illius non confringi insinuat, qd nec
 in occisione membrum Christi aliquod ca-
 sum est, immo suspensus cum omnibus mem-
 bris fuit, nec post occisionem os aliquod eius
 computruit, aut quamlibet aliam dissolatio-
 nem sustinuit, immo totus & integer resurre-
 xit. Vides igitur quia sicut prædictum est a-
 gnus ille Aegypti atq; ritus sui, figura & si-
 militudo agni dei fuerunt, id est, Christi. Qd
 si ritum aliquem prætermisimus non expla-
 natum, si attente inuestiges, similiter poteris
 applicare ad Christum. Mo. Quoniã Petre
 phase Aegypti ut placuit, explanasti, uolo di-
 cas si placet, quare uice altera phase in deser-
 to præceptum est fieri. Pe. Nulla sane alia de
 causa aut utilitate factum est, nisi ob me-
 moriam phase Aegyptiaci, & ad nuncian-
 dum illud quo immolandus erat Christus
 agnus dei. Sed & illud phase semper quo ad-
 uixit Christus celebravit, tum ut legem com-
 pleret Moyse, tum quia nondum completus es-
 sent ritus illi. Postquã uero per mortem suã

TOIUM

Leuit. 23
 Nume. 28

Mat. 9

totum completum est, iam illud phase fieri
 necesse ulterius non est, immo pascha illud
 quod ab apostolis nostris ordinatum nobis
 est. Rectum est enim, ut diem saluationis ani-
 marum quæ coli dignior est commutemus
 pro die saluationis corporũ. Nam & ueniẽte
 maiore letitia, minor recedit, & oriente sole,
 stellarum claritas aufugit. Sed & memoriã
 prioris debemus dimittere pro memoria se-
 quentis, sicut & per Hieremiã prophetã dñs
 promisit: Ecce dies ueniẽt, inquit, dicit domi-
 nus, & non dicet amplius uiuit dominus qui
 eduxit filios Israel de terra Aegypti, sed uiuit
 dominus qui eduxit & adduxit filios Israel
 de terra aquilonis. Mo. Promissio sane ista
 Christo adueniẽte complebitur. Pe. Verum
 est qd adueniente Christo cõpleri debuit. Sed
 cũ iã uenisse Christum probatũ sit, tunc & cõ-
 pieta est prophetia qñ uenit. Quæ sic intelligẽ-
 da est, quia amplius recordari non debemus,
 quod filios Israel de Aegypto eduxit dñs, im-
 mo de terra aquilonis, id est, de inferno, cum
 per aquilonẽ intelligatur diabolus, cuius ter-
 ra & habitatio est infernus, sicut dicit Iohel
 propheta. Et qui ab aquilone est procul fa-
 ciam à uobis, & expellam eum in terram in-
 uiam

Hiere. 16.
 & 23.

Diaboli
 habitatio
 ubi sit.
 Iohel 2.

uiam

uiam & desertam faciem eius contra mare orientale, & extremum eius ad mare nouissimum, & ascendet foetor eius, & ascendet putredo eius, quia superbe egit. Et ego quidem non curo explanare, qualiter per aquilonem diabolum possimus intelligere, nam hoc uestri doctores satis exposuere. Pra-

Iudæi pharse rite celebrare nequeunt.

terea autem quomodo uos pharse celebrare dicitis, cum nec sacrificium faciatis nec altare nec sacerdotem, qui illud faciat habeatis? Putatis enim quod propter herbas tantum & azimos quos manducatis pharse complere possitis? Quin etiam ipsum diem paschæ, quandoq; commutatis, & usq; in sequentem differtis, quia illud nec die lunæ, nec die mercurij, nec die ueneris unquã celebratis. Quod mihi uolo edisseras quare faciatis. Mo. Nescio aliud, nisi quod nostri doctores sic ordinauerunt illud, & Gamalihel præ omnibus. Pe. Et nosti quare Gamalihel fecit istud? Mo. Non. Pe. Gamalihel quippe uir sanctus & fidelis fuit Christianus. Et quia nouit quod die quidem lunæ consilium inierunt Iudæi, quo Christus posset condemnari, die autem mercurij datum fuit argentum pro traditione Christi, die autem ueneris affixus est cruci,

A. Eufi. & Gamalihel legis doctor.

cruci, quia inquam hoc nouit, & diebus illis gaudium aliquod exerceri non uoluit, ideo in illis celebrari pharse prohibuit, & in sequentem diem differre præcepit. Hoc autem secretum omnibus reuelare non uoluit. Mo. Postquam pharse festiuitatem damnasti, quæ cæteras omnes præcedit ac præcellit, & de qua præcipitur quod qui eam non fecerit peribit, de alijs minoribus frustra iam disputaremus, cum eas posses multo condemnare leuius. De ieiunio autem decimi diei mensis festiuitatis mihi postulo responderi, quod ad nostrorum expiationem peccatorum intantum dominus præcepit obseruari, quod eum qui non obseruaret de generatione sua dispensare dixit, & uestri illud postposuerunt apostoli. Pe. Prius uolo ut de illo ieiunio mihi dicas, utrum ipsum solum alicui ad peccatorum destructionem sufficiat, uel cum illo etiã penitentia quis indigeat. Mo. Sane absq; penitentia non potest expiatio esse ulla. Pe. Item quæro à te. Vim illius expiationis in quo eã constare, uel in die ieiunij, uel in penitentia asseris? Mo. In utroq;. Pe. Item responde: Si quis prætermisso ieiunio penituerit & ita obierit, alius uero ieiunando sed non penitendo

Exo. 12

Leui. 23. 16

Expiationis festi.

V tendo

tendo mortuus similiter fuerit, uter eorum potius saluari debet? Mo. Ille proculdubio, qui poenitentiam fecerit. Pe. Ergo possumus affirmare, uim expiationis illius in poenitentia non in ieiunio constare, testante Esaiâ & dicente: Nunquid hoc est magis ieiunium quod elegi. Dissolue colligationes impietatis, solue fasciculos deprimentes. Mo. Quid igitur ualet ieiunium? Pe. Totius est sane boni initium, quod & ad corpus humanum præcipitur debilitandum, & à uicijs compescendum. Mo. Secundum uerba tua quicumque quolibet die ieiunauerit simul & poenituerit, peccatorum remissionem habebit, Pe. Verum est. Mo. Quare igitur deus diem illius ieiunii nominatim præcepit? Pe. Vt in die determinato omnes conuenirent, & ieiunantes poenitentiam agerent. Mo. Et quare apostoli uestri hoc totum dimiserunt? Pe. Quia Christus uenit, & totam legem compleuit, & quadraginta dies ieiunauit, ideo apostoli discipuli scilicet sui quadraginta dies in loco unius præceperunt, quia magis ualet ieiunium quadraginta dierum, quam unius, & poenitentia quadraginta dierum magis proficit quam unius. Mo. De ieiunio sicut placuit respondisti. Sed quid dices de sacrificijs, quæ de boue, capra, & oue, dominus præcepit fieri, quod apostoli uestri prætermiserunt, ac de pane tantum & uino sacrificium fieri præceperunt? Pe. Omnia sacrificia quæ in lege Moyfi fieri præcepta & ordinata sunt, nihil nisi figura & significatio sacrificij præcipui, quod uenturum erat fuerunt, & ut gentes sacrificijs se assuefacerent, & per illa agnoscerent, quod sicut ipsa consuetudinaria ista abluunt peccata, ita & per maximum sacrificium maximum posset deleri peccatum. Vt autem Christus sanctus scilicet sanctorum, & præcipuum sacrificium uenit, ac pro nostra redemptione immolatus fuit, iam illa antiqua fieri sacrificia necessarium non fuit. Postquam itaque ipse Christus uenit, iam illo utimur sacrificio, pane scilicet & uino, quod nobis ordinarunt apostoli immolatus Christus ipse dedit. Et hoc sacrificium simile est sacrificio illi quod in lege Moyfes præcipiunt, sacrificium tota, id est, laudis appellauit, & quod de pane tantum & uino in huius nostri figuram fieri præcepit. Quod & David uenturum esse prænosens, & præ illo cætera omnia contemnens, inquit, in psalmo. Nunquid manducabo carnes taurorum,

V 2 aut

crificijs, quæ de boue, capra, & oue, dominus præcepit fieri, quod apostoli uestri prætermiserunt, ac de pane tantum & uino sacrificium fieri præceperunt? Pe. Omnia sacrificia quæ in lege Moyfi fieri præcepta & ordinata sunt, nihil nisi figura & significatio sacrificij præcipui, quod uenturum erat fuerunt, & ut gentes sacrificijs se assuefacerent, & per illa agnoscerent, quod sicut ipsa consuetudinaria ista abluunt peccata, ita & per maximum sacrificium maximum posset deleri peccatum. Vt autem Christus sanctus scilicet sanctorum, & præcipuum sacrificium uenit, ac pro nostra redemptione immolatus fuit, iam illa antiqua fieri sacrificia necessarium non fuit. Postquam itaque ipse Christus uenit, iam illo utimur sacrificio, pane scilicet & uino, quod nobis ordinarunt apostoli immolatus Christus ipse dedit. Et hoc sacrificium simile est sacrificio illi quod in lege Moyfes præcipiunt, sacrificium tota, id est, laudis appellauit, & quod de pane tantum & uino in huius nostri figuram fieri præcepit. Quod & David uenturum esse prænosens, & præ illo cætera omnia contemnens, inquit, in psalmo. Nunquid manducabo carnes taurorum,

Esaiâ 58

Ieiunium ad quid ualet.

Leui. 23

Matth. 4
Lu. 4
Mar. 1

Quadragesimale ieiunium ab apostolis institutum.

1. Cor. 10

Sacrificium nouæ legis Christi.

Daniel. 2

Matth. 20
Mar. 14
Luc. 22

1. Cor. 13

Exo. 25
Leui. 2. 7.
24.
Num. 28
Psal. 49

Sacrificiū
laudis.

Leui. 11

Gene. 1

Gene. 9
Carnes
quare ali-
quæ im-
mundæ.

aut sanguinem hircorum potabo. Immola deo sacrificium laudis. Per hoc enim insinua-
uit, cætera sacrificia omnia esse postponenda,
& illud sacrificium quod laudis uocabatur
fore faciendum. Et hoc quidem sacrificium
nostrum, laudis est. Illud enim faciendo, deū
laudamus de beneficio qđ nobis fecit, per fi-
liū suū Iesum nos saluando. Mo. Et quid de
carnibus illis dices, quas & in lege Moyses
manducari prohibuit, & Christus etiam ue-
ster non manducauit, apostoli autem non so-
lum eas manducari non prohibuerūt, immo
etiam ipsi comederunt? Pe. Cum omnia quæ
deus fecit bona sint, testante scriptura, & dicē-
te, qđ uidit deus cūcta quę fecerat, & erant ual-
de bona, & Noe ac filijs eius dicat deus, omne
quod mouetur & uiuit, erit uobis in cibum,
quasi olera uirentia tradidi uobis omnia, cū
& Abraham & Isaac & reliqui patriarchæ,
omnia quę uolebāt comederint usq; ad Moy-
sen, & Moyses etiam antequam suscepisset le-
gem, cur ergo in lege prohibita sunt carnes
manducari? Mo. Quoniam in mundi exor-
dio quasi syluestres erant adhuc homines &
bestiales, nullatenus tam cito possent admo-
neri ad obediendum præceptis dei. Quod dei

com

cōperiens sapientia, nequaquā simul omnia
eis uoluit dare præcepta, immo paulatim
unum dedit Adæ, uidelicet ne de fructu quē
prohibebat præsumeret comedere, aliud ue-
ro Noe, scilicet carnem cum sanguine nō mā-
ducare & homicidium non perpetrare, sacri-
ficia autem & circuncisionem præcepit A-
brahæ. Cum autem Moyses uenit, & deus fi-
lios Israel secum adiungere, & ab alijs genti-
bus discernere uoluit, præcepta eis sua præce-
pit, ut placuit, & carnes immundas ne inqui-
narentur in illis eis prohibuit, quin & eis in-
ter mundas & immundas, signum discretio-
nis dedit. Pe. Et hæc immundicia quam de
carnibus dixisti, est ipsa corpus, uel res quæ
accidat corpori? Mo. Neutrū, immo est res
quædā spiritalis, quæ in corpus descēdit, nec
ei tamen incrementum, uel detrimentum at-
tribuit, sed tale quid prohibet, quod ei nun-
quam antea prohibitum fuit, & hoc modis
quatuor corpori se adiungit, uno quidem,
quādo corpori adhæret, ab ipsius creatione,
nec ab eo in æternum secedit, ueluti cum de pa-
tre & matre hæreditarie prouenit, ut in por-
co uidemus & alijs carnibus prohibitis. Secū-
do cum ei cum quo prius non fuerat adiun-

V 3 gitur,

Gene. 9

Gene. 9

Gene. 17

Leui. 11

Cibus quo
dicitur im-
mundus.

Nume. 19

Leui. 11

gitur, sed postea non separatur, ut in mortuis ac leprosis uidetur. tertio cum aliqua de causa superueniente corpori adhibetur, & postea alia operis causa seiungitur, sicut illi qui mortuum tangunt immundi sunt, donec cineris conspersione mundi fiant. quarto autem, cum aliqua de causa corpori se adiungit, ac sine opere ullo recedit, ut illi qui morticinum aliquod contrectarint tota die sordidi, sole uero occidente absque purgatione aliqua mundi sunt. Quia autem carnes ille immundæ fuerunt, ideo & à Moysse prohibita sunt, uidelicet ne immundos facerent qui eas comederent. Sed & ideo ut doctores uestri asserunt, prohibita fuerunt ne duriciam cordibus inferrerent, aut hebetudinem, ne intelligerent. Pe. Hęc nepe duo uicia immundicia scilicet atque duricia, olim corporibus & carnibus accidebant, quando ipsa adhuc generali peccato irretiti erant, & spiritus sancti plenitudinem non habebant. Vt autem Christus uenit, & per baptismum credentium corpora mundificauit, & spiritus sancti plenitudinem infudit, iam carne aliqua nec sordidari corpus hominis, nec hebetari potuit. Et hoc testantur doctores uestri, qui dixerunt post ad-

aduentum Christi de incomedibili in comestibilem debebat conuerti. Hęc autem ratio de omnibus immundicijs potest dari. Sed & carniū absolutionem protestatur Moyses esse futuram post aduentum Christi, loquens ad populū Israel uerba huiusmodi. Quando dilatauerit dominus deus terminos tuos sicut locutus est tibi & uolueris uesci carnibus quas desiderat anima tua, locus autem quem elegerit dominus deus tuus, ut sit nomen eius ibi, procul fuerit, occides de armentis & pecoribus quæ habueris sicut præcepit tibi, & comedes in oppidis tuis ut tibi placet. Sicut carnea comeditur & ceruus, ita uesceris eis, & mundus & immundus in commune uescentur. Ante aduentum quippe CHRISTI termini Israel fuerunt angusti, quia nec totam etiam terram habuerunt, quam eis per Moysen dominus promisit. Dilatauit autem dominus terminos Israel post aduentum Christi, quando legem per totum mundum prædicauerunt apostoli. Sed & locus quem dominus elegerat ut esset nomen eius ibi, iam procul est, quia destructum est antiquum illud templum domini. Carne igitur omni, munda fit, uel immunda, iam quilibet prout sibi placet sine ulla

Cibus omnis
Christi
morte mandatus.

Y 4 trans-

transgressione potest uesci. Quod autem de
 Moyse huc usque dixi, utique feci ut tuæ satisfacere
 uoluntati. Si uero aliter me uellem de
 fendere, profecto nouam legem dicerem nos
 habere, & legi Moyse contrariam nullatenus
 esse. De præceptis enim domini contrarium
 non est alterum alteri, sed quando tempus præ
 cepti unius est completum, aliud ut sibi pla
 cet dat præceptum, quemadmodum de præ
 cepto uidemus quod de carnibus comedendis
 dominus Noe dedit, quia postquam Moyse uenit,
 & illud præcepti tempus completum fuit,
 Moyse ipsi iam aliud præceptum de carnibus
 uidelicet prohibendis donauit. Cuius ite
 rum tempus postquam Christo adueniente
 completum fuit, iam ecce iterum illud anti
 quum quod Noe datum fuerat præceptum,
 de carnium uidelicet absolutione rediit. Et
 dominus quidem prophetam esse suscitandum
 tanquam Moysem, id est, Christum
 qui nouam legem uidelicet daret sicut Moy
 ses quemadmodum supra diximus per Moy
 sen ipsum promissit. Rursus de noua quam uer
 turam esse præuidebat lege, hunc in modum
 Esaias præcinuit. Erit, inquit, in nouissimis
 diebus præparatus mons domus domini, in
 uer

Gene. 9

Leui. 11

Deut. 18

Esaias 11
 Legem nouam
 ueritatem a Christi
 danda
 Esaias
 prædixit,

uertice montium, & eleuabitur super colles,
 & fluent ad eum omnes gentes, & ibunt populi
 multi & dicent: Venite ascendamus ad
 montem domini, et ad domum dei Iacob, et
 docebit nos uias suas, et ambulabimus in
 semitis eius, quia de Syon exiit lex, & uerbum
 domini de Hierusalē. Quis est enim de Moyses
 mons iste domus domini? Si enim de monte
 Syon dicere uolueris, in quo domus domini
 templum uidelicet fuit, ratio utique contra
 dicit, quia nec in uertice montium situs est, cum
 etiam circa eum sint alij colles ipso celsiores,
 nec quod super colles aliquando eleuetur esse
 potest. Quid est etiam quod dicit, ibunt populi
 multi & dicent, uenite ascendamus & cetera.
 & docebit nos uias suas & ambulabimus in
 semitis eius, quia de Syon exiit lex, & reliqua.
 Quæ enim sunt uia illius domini & semita eius
 uel lex quæ de Syon erat egressura, & uerbum
 quod de Hierusalē? Nam neque de lege Moy
 si que omnibus nota est, diceret, hoc docebit
 nos uias suas, nec lex illa uetus de Syon, immo
 de monte OREB exiit, nec de Hierusalē sed
 de Syna uerbum domini quod Moyse annun
 ciauit. Sic igitur intelligenda est prophetia.
 Sancta quidem Ecclesia proculdubio domus
 V s est

EXO. 20
 DEUT. 5

Esaia 11

Lex de Syon
exibit
& uerbū
de Hieru-
salem pul-
chre expo-
nitur.

est dñi, montibus uero reges & collibus pro-
phetę solent comparari. Mons autem, id est,
Rex sanctę ecclesię, Christus uidelicet, super
quem fabricata est ecclesia ipsa, & in uertice
montium præparatus & super colles est ele-
uatus, quia & super omnes reges & super oēs
prophetas sublimatus est & honoratus. Et
merito de sancta ecclesia & Christo dicit p-
pheta: Fluens ad eum, id est, ad Christum oēs
gentes, quia de omnibus gentibus credide-
runt in eum complures dicentes: Venite ascē-
damus ad montem domini, id est, ad Chri-
stum, quem dominus omnium regem consti-
tuit, & ad domum dei Iacob, id est, ad sanctā
ecclesiam, & docebit nos uias suas, id est, do-
ctrinam legis suę, & ambulabimus in semi-
tis eius, id est, in obseruationibus legis eius,
quę noua est, sicut nouas uias semitas appel-
lamus. Quod autem sequitur, quia de Syon
exibit lex, & uerbū dñi de Hierusalē insinuat,
quod lex Christi de Syon, & uerbum eius de
Hierusalem egressurum fuit. Nam in Syon
super apostolos spiritus sanctus uenit, cuius
aduentus, legis fundamentum extitit, atque
ab ipso data, ac per ipsum prædicata fuit, &
in Hierusalem priusquā alibi, & apostoli, &
Chri

Christus ipse p̄dicauit, & inde per totū mun-
dum prædicatio exiuit. Patet itaque quia de
noua hæc lege Esaias prophetauit. Item de
noua lege sic loquitur Hieremias. Ecce dies
uenient dicit dominus, & feriam domui Isra-
el & domui Iuda foedus nouum, non secun-
dum pactum quod pepigi cum patribus eo-
rum, in die qua apprehendi manum eorum
ut educerem eos de terra Aegypti. Vbi enim
in Latino habetur foedus nouum in Hebrai-
co inuenies, berith, hadasa, quod interpretat̄
lex noua Moyse attestāte qui multis in locis
præcepta legis suę berith, appellat. Ipse enim
Hieremias quod de noua lege foedus nouum
dixerit innuit cum ait. Non secundum pactū
quod pepigi cum patribus eorum in die qua
apprehēdi manum eorum, ut educerem eos
de terra Aegypti. Hic namque aperte loqui-
tur de pacto, id est, de lege illa quam dedit do-
minus Moyse in deserto post egressum Aegy-
pti. Mo. Satis diuq; de lege nostra & uestra
& alterna altercatione disputauimus & ob-
iectiones meas omnes prout placuit persoluī
sti, & nihil contra te explicare potui. Sed
unum quod adhuc quasi in thesauro tibi re-
seruauī, quod cum opposuero te absq; defen-
sione

sione confido posse superari, quia non inuenies quod contra ualeat responderi. Et quæ est res hæc tantæ ualentæ & uigoris, de qua tibi tantum præsumis, & mihi usq; adeo minutaris? Mo. Tale quid profecto est, quod uos contra deum, & omnes prophetas facitis, uidelicet quod in nemore arborem quandã cõciditis, & postea artificem lignarium, qui illam secet, sculpat & in hominis speciem formet, poliat, & depingat, exquiritis, & imaginẽ illam in uestris ecclesijs in celsiori uidelicet loco construitis, & adoratis.

Esaia 44

Vnde etiam Esaia ad increpationem & opprobrium uestrum dicit his uerbis: Artifex lignarius extendit normam formauit illud in runcina, fecit imaginem uiri quasi speciosum hominem habitantem in domo. Et postea in eadem. Non recogitant in mente sua neq; cognoscunt, neq; sentiunt ut dicant: Medietatem eius combussi igni, & coxi super carbones eius panes, coxi carnes & comedi, & de reliquo eius idolum faciam? Ante truncum ligni procidam? Pars eius cinis est. Cor insipiens adorat illud & non liberabit animam suam, neq; dicet. Forte mendacium est in dextera mea. Pe. Non est sane res ut

ut putatis. Neq; enim idola fabricamus, nec adoramus, imo crucem facimus & ei imaginem hominis superponimus, & per crucem quidem altare, per imaginem sacrificium quod super altare est designamus. Sicut tamen super altare animalia sacrificabãt, ita & super crucem immolatus fuit dei agnus: & sicut de lapidum reliquijs quibus altare cõstruebãt, cura nulla erat quid fieret, ita & de reliquijs crucis uel supra impositæ imaginis quid fiat ante altare procidẽtes, nequaquam illud, imo deum solum adorabant. Ita & nos ante crucem genua flectentes, nequaquam crucẽ illam aut imaginem super positam, imo deum patrem & filium suum Iesum Christum adoramus. Mo. Ratio utiq; esset quod dicas, si crucem illam super quam immolatus est dei agnus haberetis. Sed nunc adoratis crucem aliam, super quam nunquam fuit agnus ille immolatus. Pe. Profecto crucem illam ubiq; habere non possumus, quare nec mirum nec malum est, si cruces alias ad eius similitudinem faciamus, ut qui illam Christi crucem non uiderunt, alias saltẽ quæ ad illius similitudinem factæ sunt uideant, & sacri

Imagines
sanctorũ
honorandæ.

Crucis
imago
quomodo
colenda.

Iosue 22
Altare cre-
xerūt Ru-
benita.

facrificium quod in illa factum est recor-
dentur atq; intelligant quemadmodū etiam
filij. Sed & filij Ruben altare construxerant
trans Iordanem ad similitudinem altaris il-
lius Hiericho, ut filij sui & uxores qui ascen-
dere non potuerunt illud aspicerent, in testi-
monium tantum alterius & cognitionem,
sicut in libro Iosue scriptum poteris inueni-
re. Mo. Multum certe tibi dedit deus sapien-
tiæ, & te plurima illustravit ratione, quod
in te scripturæ intelligentia tanta sit, ut te su-
perare nequeam, immo quod contradicam
non habeam. Pe. Hoc proculdubio donum
sancti spiritus, baptismi gratia contulit, quæ
corda nostra ita illuminat, ne falsi aliquid cre-
dere præsumamus. Quod si tu quod credi-
mus, ipse etiam crederes, & baptisari te face-
res eandem spiritus sancti illuminationem
haberes, ut & quæ uera sunt agnosceres, &
quæ falsa respueres. Nunc autem, quoniam
super te pietatem habeo, dei misericordiam
imploro, ut spiritus sui plenitudine te illustret,
& finem meliorem quàm principium tibi
præstet. Amen.

FINIT DIALOGVS PETRI
CVM MOYSE.

QVOD IV

DAEI MESSIAM, QUI VE-
NIT, CEV VENTVRVM
TEMERE EXPECTENT.
LIBELLVS SANE DO-
CTVS. RABBI SA-
MVELIS.

CANDIDO LECTORI S.

ACCIpe, apertisq; (ut aiunt) uulnibus
amplectere, optime lector, hanc
Rabbi Samuelis Israelitæ epistolam
ad Rabbi Isaac. Qua prophetarum
dictis, Christum Iesum uerum Messiam ue-
nisse, passum, mortuum ac resurrexisse, coelos
ascendisse, secundusq; eius ad iudicium adue-
tus, pulcherrime commōstratur. Alphontio
boni hominis Hispano interprete, qui ma-
gis proprietati linguæ Arabicæ (illa enim scri-
pta est) studuit, quàm ut Ienocinijs, picturatis
ue excoleret uoculis, credens & nudæ uerita-
ti suam deberi lauream, Hanc igitur apud te
foue, lege, & lucraberis Christo & Iudæos, si
inuitaueris eos, non sophistico supercilio, sed
pie, nō ad literam, sed ad spiritum: Ad Chri-
stianam pietatem, non ad pharisaicas cere-
monias. Vale.

EPI-

EPISTOLA

RABBI SAMVELIS ISRAHE.

litæ, oriundi de ciuitate regis Morochiani ad Rabbi Isaac, magistrū Sinagogæ, quæ est in Subiulmeta, in regno prædicto.

Conseruet te deus, ò frater & permanere te faciat, usq; quo terminetur ista nostra captiuitas, & congregetur ista nostra dispersio, & appropinquet spes nostra, & signet deus beneplacitum suum super uitam nostram, Amen. Noui & expertus sum, quod plenitudo scientiæ nostri temporis est in te, & tu es spes nostræ certificationis in dubijs legis & prophetarum, cum tuis expositionibus gloriosis. Vnde ego particeps doctrinæ tuæ fieri desiderans, tibi expono exitus cordis mei, super illis quæ legis sunt & prophetarum, super quibus anxior cum timore. Qua propter recurro ad abundantem scientiã tuã & sapientiam, & mitto tibi libellum istum, sperans per te, Deo uolente, in ueritate confirmari, ac in dubijs declarari,

CA-

PARASTASIS. CAPVT PRIMVM.

Quare Iudæi sunt in ira Dei.



Desydero, domine mi, certificari per te, & testimonijs legis, & prophetarum, & aliarū scripturarum, quare nos Iudæi generaliter percussī sumus à Deo in captiuitate ista, in qua sumus, quæ pōt uocari proprie ira dei perpetua, qm̄ non habet finem. Nam modo sunt mille anni completi & ultra, quod per Titum fuimus captiuati. Nos scimus quod patres nostri adorauerunt idola, occiderunt prophetas, & legem Dei abiecerunt, & propter omnes istas transgressiones Deus non percussit eos captiuitate, nisi per septuaginta annos in Babylonia, & post tempus præfatum placatus est eis, & reduxit eos in terram suam. Et secundum scripturã ira dei fuit tunc temporis ualidissima super omnes iras, quas ante tempora illa commemorat scriptura, & tamen, ut dictum est, pœ

ira dei in
Iudæos quã
maxima
fuerit.

na tantorum peccatorū non fuit nisi septuaginta annis. Et nunc, domine mi, ira dei quæ in præfenti punit nos, non habet terminum, nec finis eius promittitur in prophetis. Si

X uolue

uoluerimus dicere quod ista praesens ira in qua sumus, sit adhuc illa ira propter quam fuit illa captiuitas septuaginta annorum, quia tunc complete satisfactum est de peccatis praedictis per illos patres nostros, nos facimus deum mendacem, quod absit, quoniam ipse deus uerus et gloriosus illi captiuitati imposuit praefatum terminum per prophetas scilicet septuaginta annos. Vnde talis non est responsio, sed euasio seu excusatio, nec esset coram intelligentibus proponenda. Et si dixerimus quod deus in illa transmigracione misertus est uni parti generis nostri, & non alteri, & illos quorum misertus est reduxit ad reaedificandum templum, ut dicit propheta Hieremias, & quod nos sumus de illis quorum non est misertus, tunc dicent nobis Christiani, quod deus misertus est eorum, qui adrauerunt idola, & qui occiderunt prophetas, ergo & nobis, quia nos non peccauius. Item in patribus peccatoribus fuit poena diuinae ultionis in certo termino, quare ergo nostra poena esset sine termino, qui non peccauius? Itaque longa est & sine termino poena in qua sumus, modo iam sunt mille anni, nec in lege nec in prophetis huius poenae terminum possumus

Hier. 27. 29
Daniel. 9

sumus inuenire. Quare, domine mi, cum deus punierit patres nostros propter idolatriam, & propter interfectionem prophetarum, & poena & culpa sint notae in scriptura, cum deus non punit bis idipsum, pro peccatis illis praeteritis fuit poena, scilicet captiuitas septuaginta annorum. Et cum deus non punit uniuersaliter nisi propter uniuersale peccatum, oporteret quod post illam captiuitatem, oporteret quod post illam captiuitatem nos peccauerimus omnes coram deo, peccato maiori quam fuerit idolatria primorum parentum, & quam fuerit interfectio prophetarum, ex quo deus pro illis peccatis puniuit patres nostros septuaginta annis & non amplius, & nos puniuit, iam sunt mille anni & ultra, & punit & disperfit nos per quatuor partes mundi. Tamen quicquid contra Zachariae
tingat dei sumus in omni euentu, quia nulla est excusatio super dicta. Responde.

Caput II.

Probatur, quod pro quodam graui peccato in quo sunt, sint in hac dispersione. Et arguitur contra eorum obseruantiam legis.

X 2 Sup

Supposito igitur, domine mi, quod sumus in peccato aliquo maximo, rogo nunc, quod certifies me, si postquam deus dispersit nos de Hierusalem, & misit in captiuitatem istam longissimam seu perpetuam, propter illud peccatum, auctoritate nostra & propria uoluntate sine speciali mandato dei, cur nos in captiuitate ista non incepimus obseruare Circuncisionem & Sabbatum, & alias ceremonias quas tenemus secundum legem Moyfi. Nam nos cognoscimus, quod a tempore quo Titus destruxit ciuitatem sanctam, & templum combussit, & bibliothecas, & nos in captiuitatem istam dispersit, & extunc cessarit inter nos uigere sacrificium, oblationes & holocausta, & deus non promissit nobis postea per prophetam aliquem, nec per prophetiam nec per reuelationem aliquam certam, quod nos deberemus redire aliquando in Hierusalem in statu pristino, nec mandauit nobis postea quod obseruaremus obseruantias praedictas. Videtur ergo sequi quod nos non a deo, sed ab illis qui erant in ira dei obseruantias praedictas accepimus & tenemus. Et uidetur quod iuste dicent nobis aduersarij nostri. Sicut uos obseruatis Circuncisionem

Aduersarios Christianos locat.

tionem & Sabbatum, & legitis in Synagogis libros Moyfi & prophetarum sine mandato dei, quare non assumitis uobis similiter sacrificium & non facitis uobis sacerdotem & regem & principem, & unctiones sanctas & incensum, & quare non aedificatis uobis altaria, & seruatis ceremonias, & omnia alia quae sunt in lege contenta, sicut Sabbatum & Circuncisionem, & plura alia quae obseruatis secundum traditiones uestras sine mandato dei propria uoluntate, ex utraque parte curritis in offensam dei. Et si haec praedicta facitis contra uoluntatem dei, uel si dicitis quia uoluntas dei est, quod haec seruetis & beneplacitum, quod tamen ostendere non potestis, quare non obseruatis supradicta alia, quorum multa facere potestis. Et si non permittunt uos facere reges populi sub quibus iacetis, permitteret tamen uos multa alia facere, sicut permittunt circuncisionem & libros & synagogas, & alia quae seruat. Et ad haec, domine mi, non est nobis in promptu responsio sufficiens, ut uidetur. Sumus tamen dei in omni euentu.

Capitulum III.

¶ 3 Quo-

Quomodo omnis obseruantia legis Iudaeorum non est acceptabilis deo propter peccatum in quo sunt.

Zacha. 7

Inuenimus, domine mi, deum loquentem per os Zachariae, & dicentem, ubi loquitur de illa prima captiuitate breui: Hæc dicit dominus deus sacerdotibus, & populo terre. Quando ieiunastis & plorastis in sexto & septimo toto tempore septuaginta annorum, intellexistis quod ieiunaretis ad me, aut ploraretis, ego tale ieiunium nolui à uobis. Nostra autem translatio aliter se habet, sed ego scribere propono sicut iacent in Arabico autoritates quas Samuel iste adducit, non sicut sunt in nostra Biblia. Innuuit dominus, domine mi, in prædictis uerbis quod dum nos Iudæi fuimus per septuaginta annos in dicta captiuitate, fuimus sine lege, quia ieiunium non habuimus, neque habemus à lege sicut alias obseruantias, & similiter fuimus sine circuncisione & sine sabbato, & sine dubio omnia hæc non ualent dum ira dei manet super populum suum. Illa uero prima ira dei fuit breuis, quia septuaginta annorum. Ista quidem in qua nunc sumus, est longa iam mille annorum, & ultra, & non inuenitur ei terminus

Transla
toris uer
ba.

Esaie 54

minus in prophetis, & timeo domine mi, quod sicut deus misit in captiuitatem illam breuē patres nostros sine lege & sine obseruantijs, nec acceptauit ieiunia, nec obseruantias legis eorum, quousque fuit completum tempus poenę ipsorum, scilicet, septuaginta annorum, sic in ista captiuitate ultima non acceptat opera quæ fecimus secundum obseruantias legis. Quare constat quod nos sumus in maiori peccato nunc, quam patres nostri fuerint in Babylonia. Vnde nos sumus in maiori ira dei quam illi essent, & per consequens opera nostra sunt ei minus placita, & nos sumus ei magis odiosi. Et patet quod illi propter mortem prophetarum, & quia idola coluerunt, fuerunt tria septuaginta annis in captiuitate. Et nos propter magnū peccatum, & maximum sumus captiui. Iam sunt mille anni, & ultra. Et hæc captiuitas, domine mi, sine dubio est illa, quā deus per os Danielis prophete uocat desolationem, cum dicit: Usque ad consumationem & finem perseverabit desolatio &c. Prima captiuitas uocatur transmigrationis. Quia post modicum tempus fuerunt reducti cum honore in Hierusalem. Sed hæc uocatur desolatio perpetua, in qua pro certo

Daniel.

X 4 Deus

Deus non miseribitur nostri, sicut miseretur patrum nostrorum in Babylonia, excepto quod consolabatur eos per prophetas, qui promittebant illis liberationem, & erant omnes simul, nobis autem nihil promittitur, & insuper dispersit nos per uniuersa regna mundi. Attamen quicquid contingat dei sumus in omni euentu.

Zacha. 2

Caput III.

Ostendit quod Iudaei sunt caeci.

Domine mi, ualde mirabile est mihi de nobis. Speramus enim quotidie liberationem de captiuitate ista, & semper de hoc loquimur, & semper loquimur de reductione nostra in Hierusalem, & ideo sumus caeci, uel deceptores simplicium. Nam constat quod post dispersionem nostram quae facta est per Titum, non apparuit in nobis propheta, qui nobis promitteret reductionem, nec etiam post captiuitatem septuaginta annorum fuit propheta, qui loqueretur de ista captiuitate quae non habet finem, nisi in fine mundi. Nec liberationem habet nisi per con summationem seculi, quia Daniel illam uocat desolationem sine fine. Unde timeo, domine mi, quod cum tanta captiuitas non possit manere

Dan. 2

manere super totam gentem nostram a deo, nisi propter maximum peccatum in deum, quod maius est quam interfecisse prophetas, & adorasse idola, propter quae peccata patres nostri fuerunt puniti. Quod sicut deus non miseretur nostri in uita cum in eodem peccato perseueremus, sic etiam nec miseribitur mortuis ex nobis. Attamen sumus dei in omni euentu qui euenerit.

Caput V.

Quod Iudaei decipiunt alios & seipso.

Domine mi, uidetur quod decipiamus alios & nos ipsos, quia in libris legum & prophetarum habemus deum promittentem nostrae genti liberationem & congregationem de dispersione multipliciter. Sed bene aduertenti omnes promissiones quas habuimus, uel fuerunt completae ante captiuitatem septuaginta annorum, & in ipsis septuaginta annis. Vel promissiones fuerunt propter peccata illorum quibus promissiones factae sunt totaliter impeditae, sicut propono coram te, domine mi, Exempli gratia. Ista pauca dicuntur in Ezechiele: Si feceritis iustitias meas, & mandata mea seruaueritis, congregabo uos & de quatuor partibus mundi, & leuabo uos,

Ezech. 36

& 39

X 5 &

& adducam uos per mare, & reducam uos in domum sanctam uestram. Ecce quod id quod dominus nobis promittit per Ezechielem in praedictis uerbis, et alijs locis libri eiusdem prophetæ, iam completum est pluries ante illam captiuitatem septuaginta annorum. Ut omnes promissiones domini tales maiores & minores, quæ in diuersis locis sacrorum librorum continentur, completæ fuerunt an æquam caderemus in istam ultimam captiuitatem, quæ non habet finem, modo iam sumus in millesimo anno, et ultra, nec in aliquo libro prophetarum eius terminum inuenimus, nec ulla dei promissio ubi agit de liberatione & congregatione, intelligitur de ista captiuitate perpetua, sed de illis tribulationibus & dispersionibus, ante dictos septuaginta annos, nec postea congregatio de dispersione promissa est nobis. Vnde oportet quod post istos septuaginta annos commiserimus illud peccatum magnum, propter quod deus sine termino punit nos, in quo peccato sumus & manemus oēs, aliter deus misericordiam suam non continuasset in nobis ira tam longa. Nam uidemus per scripturas quod omnia peccata quæ commiserunt patres nostri ante septuaginta annos

Psal. 76

annos predictæ captiuitatis punita fuerunt, & de multis exempla hæc pauca induco. Peccauerunt patres nostri ante illos septuaginta annos qui exiuerunt de Aegypto, & promissio eis facta, in eis locum non habuit, sed in peccatis suis in deserto mortui sunt. Peccauit ipse Moyses ad aquas contradictionis, & terram promissionis non meruit. Peccauit ipse Aaron & portauit poenam. Helij sacerdos peccauit, & ruptis ceruicibus expirauit, & posteritas eius sacerdotio priuata est, & tamen deus promiserat sacerdotium in æternum. Sed huiusmodi promissa intelliguntur semper, nisi propter peccata demereantur accipere, ut patet in regno Dauid, quod carnalis posteritas eius priuata est regno. Sicut etiam deus uerus & gloriosus promisit ABRAHAE & semini suo terram illam in æternum possidendam, & frequenter perdidderunt eam propter peccata sua, & frequenter restituit illis dominus usque ad ultimam uicem qua perdidderunt. Iam sunt mille anni, & ultra, & iam non est spes recuperandi eam, quia manemus omnes in eodem peccato, propter quod terram nostram perdidimus. Et domine mi, multum mirabile est cum omnes

Exo. 32

Nume. 20

Deut. 9

1. Reg. 4

In æternū
quō intel-
ligatur.

Gene. 17

Iudæorū
maximū
peccatū.

omnes concordemus quod oportet quod post captiuitatem septuaginta annorum in Babylonia peccauimus contra Deum maximo peccato, & tamen nullus est qui dicat, quod est id peccatum propter quod incurrimus tanta mala. Et si aliquis nostrum cognoscat nostram causam, & peccatum propter quod incurrimus tanta mala, nullus tamen id aperit proximo suo, nec ipsemet qui cognoscit in suam conuertit utilitatem, sed omnes iacemus prostrati. Et uidemus manifeste quod in prædicta captiuitate septuaginta annorum erat deus cum patribus nostris in prophetis, id est, Hieremia et alijs prophetis, & dedit eis Salathiel ducem & principes & sacerdotes, cum quibus exiuerunt de Babylone, peracta poenitentia, & placato deo ædificauerunt Hierusalem, & templum, & alias ciuitates, & effudit deus super illos misericordias suas copiose. Et tamen in ista captiuitate nullus propheta nobiscum est, nec Deus, ut apparet. Igitur domine, inquiram & non cessabo querere quod peccatum est id tantum, propter quod sumus in hac captiuitate mille annis, & ultra, nec habemus prophetam, nec regem, nec sacerdotem, nec altare, nec sacrificium, nec un-

Legalibus
multis Iu-
dæi iam
carent.

unctionem, nec incensum, nec purificationem, immo facti sumus abominabiles toti mundo, sicut deo, & contemptibiles, in solo corde tantum nostro regnat superbia, qua nos ipsos præferimus toti mundo. Et quod super hoc sentio pandam tibi, domine mi. Nec minus, quicquid eueniat nos dei sumus.

Caput VI.

Quod sit illud peccatum, propter quod Iudæi sunt in hac captiuitate.

Nunc ergo, domine mi, pauco quod id peccatum propter quod sumus in hac desolatione, & in captiuitate ista, sit illud peccatum super quo locutus est Deus per prophetam Amos cum dicit sic: Super tribus sceleribus Iuda conuertam uel transferam Israel. Nota quod ubi in Biblia nostra est conuertam, hic habet transferam, & est ad propositum eius magis & super quarto non transferam eos, quoniam uendiderunt iustum pro argento. Et nos, domine mi, secundum doctrinam nostram dicimus quod iste iustus fuit Ioseph filius Iacob, qui fuit uenditus à fratribus suis in Aegypto, & hoc tenerem ego, nisi quia sermo diuinus ponit istud peccatum uenditionis quartum in numero pecca-

Amos 2

Gene. 37

peccatorum seu scelerum Israel. Ipsi etiam Christiani quibus sanctorum librorum studium uidetur esse traditum à deo, respondet doctrinæ nostræ prædictæ, & dicunt, quod primum in quatuor sceleribus Israel est uenditio Ioseph à fratribus suis. Et secundū peccatum siue scelus, assignat adorationem uituli in Oreb. Et tertium scelus occisionem prophetarum, propter quod fuimus captiuati in Babylonia septuaginta annis. Et dicūt quod quartum scelus Israel fuit uenditio iusti, scilicet Iesu qui ad literā fuit uenditus post trāsmigrationem præfatam septuaginta annorum. Et si nos, domine, uolumus tenere præfatam doctrinam nostrā, & respondere Christianis, oportet quod nos assignemus in Israel ante uenditionem Ioseph uaria scelera præcessisse, ut ipsa uenditio Ioseph sit quartum scelus. Sed hoc nō poterimus sustinere, quia testimonium libri Genesis est cōtra nos, qui uenditionem Ioseph ponit primum scelus filiorum Israel. Et propheta Amos ponit expresse quartum scelus uenditionem iusti, propter quod fuimus in captiuitate, de qua loquitur deus, comminans quod non reducet nos ultra in terram promissionis, cum dicit: Et

Exo. 32

Venditio
iusti Iesu,
quarum
peccatum
Iudæorū
grauissimum.

Gene. 37

Amos. 2

super quarto non transferam eos, quoniam uendiderunt iustum pro argento. Et manifeste apparet mihi quod nos super illo peccato quarto uenditionis Iusti, iuste sumus puniti, iam sunt mille anni, & ultra in quo tempore nil proficimus inter gētes, nec est spes proficiendi amplius.

Caput VII.

Quod iustus Iesus Christianorum deus iniuste uenditus sit.

EXpauesco, domine mi, & timeo quod iste Iesus quem colunt Christiani, sit ille iustus uenditus pro argento secundum Amos prophetam. E timeo quod de ipso sunt hæc quæ mihi occurrunt testimonia prophetarum, & illa eadē in doctrina sua ualde aperte applicant Christiani. Esaias propheta dicit: Væ genti peccatrici, filijs sceleratis, quoniam ipsi elongauerunt se à Deo, & blasphemauerunt sanctum eius, & inclinati sunt retrorsum, Item idem propheta dicit: Quasi ouis ad occisionem ductus est qui non aperuit os suum. Item dicit: Vir habens dolorem & sciens infirmitatem. Item: Fuit despectus & propter hoc non reputauimus eum, ipse enim oblarus est, quia ipse uoluit

Iustus uēditus, Iesus Christianus est. Amos 2

Esaiæ 1.

Esa. 53

uoluit. Item: De angustia iudicij depositus est: Generationem eius quis enarrabit? Item: Propter culpam populi mei transfixi eum, & dabit iniuriatores pro sepultura et diuites pro morte sua. Et timeo, domine mi, quod iniuriatores fuerunt patres nostri, & diuites, Pilatus & Herodes: & Anna & Cayphas, sicut dicit propheta David. Consurrexerunt omnes reges terrae & maiores, & contra deum & contra Christum eius. Reges scilicet predicti: Maiores scilicet patres nostri. Et timeo domine quod iste Iesus sit ille commutatus & uenditus pro argento, de quo loquitur Zacharias propheta, & Amos, & alij prophetae. De qua etiam loquitur Esaias propheta: Deponet omnes iniquitates & orabit pro infidelibus. Timeo ego, domine mi, quod iste Iesus sit ille iustus de quo dicit David: Delectati sunt in animam iusti, & sanguinem innocentem condemnabunt, & propter hoc destruet eos deus & disperdet illos dominus deus noster. Et timeo domine mi, quod iste sit ille iustus de quo loquitur Hieremias cum dicit: Homo est, & quis est qui intelligit eum? Item Hieremias in Trenis: Species uultus nostri Christus deus captus est, pro peccatis nostris

Psal. 2

Zacha. 11
Amos 2.Esa. 53
Luca 23

Psal. 93

Hierem. 17

Treno. 4

stris. Cui diximus: In umbra tua uiuemus inter gentes. Timeo etiam, domine mi, quod iste sit ille iustus de quo dixit deus per os Zachariae prophetae. Dicitur enim in illa die: Quae sunt istae plagae in palmis tuis. Et respondet: Plagatus fui in medio domus meae inter illos qui dilexerunt me, & leuauit ens meum supra me. Idem: Aspicient ad me die illa, & illum quem transfixerunt, & plangent super illum quasi planctum unigeniti. Timeo etiam, domine mi, quod iste fuit iustus ille, de quo dicit Abacuch: Cornua in manibus eius ibi abscondita est fortitudo eius &c. Et concordat euangelium Christianorum ubi narratur mors Iesu, & dicitur: Cum autem uenissent ad Iesum, inuenerunt eum mortuum & misit unus ex eis lanceam suam, & transfixit. Paeo, domine mi, quod iste sit iustus de quo dicit Abacuch: Egressus es domine saluare populum tuum cum Christo tuo.

Zacha. 13

Zacha. 12

Abacuc. 3

Ioan. 19

Abacuc. 3

Caput VIII.

Quomodo post occisionem Christi facta est dispersio Iudaeorum secundum Danielem.

Y EX-

Esa. 55

Amos. 2

Daniel, 9

Desolatio
Iudeorū
perpetua
ob mortē
Christi.

EXpauesco, domine mi, super his: Quis fuit iste iustus sine peccato, de quo loquitur Esaias Propheta: Et quis fit ille iustus uenditus pro argēto, propter quod dicit dominus per Amos prophetam, ubi supra, qđ in testimonium quarti sceleris non transferet eos in terram promissionis amplius. Videtur etiam, domine mi, quod completum est quod scribitur Daniel. 9. capi. ubi dicit. Postq̄ consummatae fuerunt sexagintaduæ hebdomadae, occidetur Christus, & tunc ueniet populus cum principe uenturo, & destruet ciuitatem, & domum comminuet, & condemnabunt eam, & auferetur sacrificiū, et cōsummabitur destructio perpetua. Et nō est dubium, domine mi, quin destructio desolationis perpetuae, sit captiuitas ista in qua sumus, iam sunt mille anni. Et aperte dicit deus per prophetam, quod erit desolatio perpetua post occisionem Christi, sicut est desolatio nostra postquam Iesus fuit occisus, nec cominatus est deus nobis perpetuam desolationem, nisi post occisionem Christi. Et si uouerimus dicere quod ante mortem Iesu fuimus in desolatione. Ad hoc respondent nobis Christiani, quod ante mortem illam nō fuit

fuit desolatio nisi septuaginta annis, & post hoc fuimus reducti in terram promissionis, & fuimus apud deum in gratia & honore. Certe domine mi, ego non uideo euasione contra prophetiam istam, quia de facto probatur nobis quod postquam à reedificatione fuerunt cōpletæ septuaginta duæ hebdomadae supra anno, qui sunt anni CCCC. & XXXIII. tunc fuit Iesus occisus à patribus nostris, & postea uenit dux, scilicet Titus & populus Romanus, & fecerunt nobis secundum prophetiam istam, hodie sunt mille anni & ultra, et nihilominus si in ira dei sumus, & tamen in ipso speramus. Et si dicamus qđ Christus uēturus est & nondum uenit, & re habebimus terram promissionis, & reedificabimus ciuitatem, & habebimus gratiam dei & honorem in terra nostra, & ista desolatio non erit perpetua. Respondebunt Christiani, quod adhuc ergo manet nobis occisio Christi & aduentus Titi & populi Romani, et desolatio peior ista in qua iam fuimus per mille annos. Heu domine non est excusatio nec euasio consona.

Caput IX.

Quod duo sunt aduentus Christi.

Y 2 TI-

Hebdomadae
Danielis
quot
anni.

Aduentus
Christi
duplex.

Zacha. 9

Esa. 53
Dan. 9
Zacha. 11
Amos 2

Psal. 96
Esaia 29
Sopho. 1
Iohel. 2

Timeo, domine mi, quod Christus iam uenit, & iam adimpleuit primum aduentum suum, quia in scripturis nostris inuenimus duplicem eius aduentum. Primus aduentus Christi describitur in Prophetis in paupertate & humilitate. Secundus in gloria & maiestate. Et de utroque aduentu proponam illa quae mihi occurrunt. De primo aduentu dicit deus per os Zacha. Laetare filia Syon, ecce praceptor tuus uenit pauper, equitans asinum. Et in isto aduentu describit eum Esaias despectum, Daniel occisum, Zacharias & Amos uenditum, & tamen iam fuerunt completa, quae in libello descripsi & describam, non reputauimus eum, id est, non cognouimus eum, sicut dixit Esaias Propheta, sed despeximus eum & praualuimus contra eum. Sed gloria eius & maiestas eius erit manifesta in secundo eius aduentu, quando ignis & flamma praecedet eum & exardescet & inflammabit in circuitu inimicos eius. Sicut dicit deus per os prophetarum Dauid & Esaiæ. Et timeo, domine mi, quod Christus non iudicabit aliter quam cum igne ad mortem, quia nos interfecimus omnes prophetas qui annunciauerunt nobis de ipso, prout deus

deus testificatur contra nos per os Heliae prophetae quarto libro Regum: Et sic interfecimus illum iustum propter quem sumus in ira dei sine fine. Attamen dei sumus.

Caput X.

De primo aduentu Christi.

Timeo, domine mi, deus describit aperte duos aduentus Christi, per os Esaiæ prophetae, cum dicit: Consurge, consurge, in duere fortitudinem brachium domini. Bis dicens consurge, propter eius duplicem aduentum. Et singillatim clare primum Christi describit aduentum quantum ad passionem & deiectionem cap. quinquagesimo & quinquagesimo tertio per totum. Et specialiter cum dicit: Vidimus eum & non erat aspectus & species, neque decor &c. Primum eius aduentum ponit Esaias, cum dicit: Paruulus natus est nobis. Et statim subiungit secundum eius aduentum cum dicit: Et uocabitur fortissimus gigas, potens, super thronum Dauid sedebit, ut confirmet illum ab initio usque in aeternum. Zacharias autem propheta describit eum pauperem & sedentem super asinum. Et quid aliud est hoc, nisi, quod Propheta describit primum aduentum in humi

Y 3 lita

Daniel 7

litate, & secundum in potentia & maiestate, Sic enim describit eum Daniel circa mediū ubi dicit. Considerabam uel aspiciebam, in uisioe noctis, & ecce in nubibus caeli quasi filius hominis ueniebat, & usq; ad antiquum dierum peruenit, & in conspectu eius obtulerunt eum, & dedit ei potestatem & honorē & regnum, omnes populi tribus ac linguæ adorabunt eum, & seruient ei. Hebræus habet, tribus ac linguæ honorabunt eum, & non deficiet potestas eius quia non auferetur, & regnum eius manebit in æternum. Nostra autem translatio habet tribus ac linguæ seruient ei, potestas eius potestas æterna quæ non auferetur, & regnum eius quod non corrumpetur. aliās, & non deficiet potestas eius, aliās potestas eius in æternum, & regnum eius manebit in æternum, aliās non corrumpetur. Et manifestum est, domine mi, quod in secundo aduentu sedebit Christus ante antiquum dierum, qui est deus ad iudicium, sicut sedit in primo aduentu ante patres nostros Iudæos ut iudicaretur. Et istos duos aduētus Messia, id est, Christi, inuinit propheta Dauid in Psalmo cum dicit:

Psal. 97

Quia uenit, quoniam uenit iudicare terram.

Pro-

Propter primum eius aduētum qui fuit simplex dicit, quia uenit, propter secundum uero quia erit cum potentia dixit, quoniam uenit iudicare terram. De secundo eius aduentu loquitur Zacharias cum dicit: Imprimēt uestigia pedes super montem oliuarum &c. Et nos domine non dicimus quod deus in essentia sua & natura habet pedes nec carnē, nec ista quæ corporis sunt, sed habere pedes conuenit omni creaturæ corporeæ. Dicit etiā Dauid propheta qđ supra allegatū est loquēdo de secūdo eius aduentu. Ignis in cōspectu eius exardescet, & in circuitu eius inflammabit. Sed domine nō dicimus quod deus sit circumscriptus, quod aliquid posset esse in circuitu eius, in quantum deus, sed auctoritates similes habent ueritatem ad literam in illo iusto quem propheta describunt, nunc loquentes de eius humilitate, nūc de eius maiestate, & de hoc loquitur Malachias cum dicit: Ecce dominus uenit, & quis poterit stare ante aduentum eius? Ipse enim quasi ignis conflans & sedebit & liquefaciet argentum & aurum. Ecce qualiter iustus ille qui fuit iudicatus ueniet in secundo aduentu. Et attende dñe mi qualiter describit eū ibidē propheta

Zacha. 14

Psal. 96

Mala. 3

X 4 in co-

Mala. 3 in eodem capite, cum dicit: Tunc ego ueniā
 & intrabo in iudicio ad eos, & ero testis ue-
 rax super adulteris & malis & periuris, & su-
 per illos qui defraudant mercedem mercen-
 narij, & qui spoliant pupillos & uiduas, & op-
 primūt peregrinū & pauperē. Et idem, dñe
Ezech. 34 mi, describit Ezech. cū dicit 34. ca. ubi loquit̃
 de pastoribus & ouibus, dicens: Ego separa-
 bo ab eis, scilicet à iustis transgressores & in-
 credulos, hæc non habet translatio nostra:
Matth. 23 sed in Arabico dicit sic: O domine mi, ecce
 quod in secundo aduentu separabit incredu-
 los de medio iustorum, sicut etiam dicūt Ma-
 lachias & Ezechiel clare. Et in primo aduen-
 tu nemo nostrum cognouit eum, quia exiue-
 rat limites humanæ naturæ. Sicut dicit deus
Esaia 53 per os Esaia propheta: & inter iniquos com-
 putatus est, & propter hoc nō reputauimus
Hiere. 17 eum. Et Hieremias dicit: Ipse est homo, &
 quis scit eum? Et timeo, domine mi, quod pa-
 tres nostri in primo aduentu Messia defece-
 runt, & errauerunt, & propter hoc sumus in
 ista captiuitate, quæ non habet finem. Et ta-
 men quicquid contingat dei sumus, & in ipso
 speramus,

Caput XI.

De se-

De secundo aduentu Christi, quod tunc fit
 cum potentia iudicaturus.

Domine mi, pauco ne iste iustus iudex
 sit ille qui iudicaturus est cum poten-
 tia in aduentu secundo, & qui fuit saluator
 in aduentu primo omnium qui crediderunt
 in eum, quoniam Propheta David dicit de *Psal. 97*
 illo: Notum fecit dominus salutare suum, &
 in conspectu gētium reuelauit iustitiam suā. *Esa. 12*
 Adhuc dicit Esaia: Haurietis aquas de pisci-
 nis saluatoris, quod dictum, secundum uide-
 re meum, intelligo de baptismo. Nam in pri-
 mo aduentu saluauit per aquam, & in secun- *Psal. 96*
 do iudicabit per ignem. Et de isto saluatore
 dicitur, domine mi: Scio quod saluator me⁹ *Iob. 19*
 uiuit, & in nouissimo die de terra surrectu-
 rus sum, & in carne mea oculi mei uidebunt
 deum meum. Attende, domine mi, quod uo-
 cat istum saluatorem deum. Constat autem *Oculis cor-*
 quod oculi carnis non uidebunt deum. Ecce *poreis de⁹*
 habemus secundum scripturas quod salua- *uideri ne-*
 tor est iste deus iustus, de quo est sermo, & so- *quit.*
 lus potest dici uerus iustus, quoniam nullum
 peccatum fecit, secundum quod de illo deus *Esaia 53*
 testificatur per os Esaia propheta. Qui pec- *1. Pe. 2*
 catum non fecit, nec inuentus est dolus in ore

Y s eius

Moyſes &
prophetæ
peccauit
funt.

eius. Nec de Moyſe nec de aliq̄ prophetarum dicitur quòd fit ſaluator iuſtus & ſine peccato, quia Moyſes peccauit, & omnes prophetæ peccauerunt, ſicut uos ſcitis, domine mi. Et idcirco nullus eorum uocatur iuſtus in ſcriptura, ſed illud nomen iſti ſoli ſeruatur, Et ſine dubio, non ſaluantur, niſi hi, qui credunt primum aduentum ſuum, & illi qui nõ credunt non habent cauſam aliquam quòd ſaluentur in ſecundo aduentu eius, ſed digni ſunt morte, quia digni erant morte illi, qui non credebant Moyſi, & non obediebant ei qui fuit peccator, quanto magis digni ſunt igne illi qui non credunt, & blaſphemant iſtum iuſtum & dominum qui peccatum ne ſciuit unquam. Quicquid tamen eueniat dei ſumus nos.

Ioan. 3
Num. 16

1. Pe. 2

Caput XII.

De Chriſti aſcenſione.

Domine mi, nos inuenim⁹ in ſcripturis quòd Chriſtus exaltabitur de terra ad cœlum, & ego timeo quòd illud fit completum in iſto qui fuit interfectus à patribus noſtris, & de iſta exaltatione dicit Dauid Prophetæ in Pſalm, O magnates aperite portas prin-

Pſal. 21

principatus ueſtri, & eleuamini portæ æternales, & introibit princeps gloriae. Et attende domine, quod reſpondent illi angeli. Quis eſt iſte princeps gloriae? & ipſe reſpondet illis. Dominus uirtutum fortis in prælio. Et conſtat, domine mi, quòd iuſtus iſte dominus uirtutum non habuit prælium niſi in primo aduentu ſuo, quia quando ſedebit ad iudicandum, ignis in circuitu eius exardeſcet, & inflammabit in circuitu inimicos eius, & conflabit iuſtos per ignem quaſi argentum. Et hoc in ultimo eius aduētū. Nullus autem præliabitur contra illum, nec locus erit pugnae, Adhuc de iuſti huius exaltatione dicit Eſaias: Quis eſt iſte qui uenit de Edom de terra, rubens ueſtimentis eius de Boſra, ſicut ille formoſus in ſtola, & reſpondet hiſ iuſtus iſte. Ego qui loquor iuſtitiam, ſum expugnatōr ad ſaluationem, & dicunt ei angeli. O domine quare rubrum eſt ueſtimentum tuum ſicut calcantis torcular? Reſpondet, dicens illis. Torcular calcaui ſolus, & non erat uir mecum. Vide domine mi, quàm proprie loquitur Eſaias, & timeo quòd huius iuſti reſponſio non tangat niſi nos, cum dicit. Calcaui eos in ira mea, donec aſperſus eſt ſanguis eorum

Pſal. 69
Malach. 3

Eſaiæ 63

tum super indumenta mea, & inquinata sunt omnia uestimenta mea. Sed dies ultionis in corde meo, & annus retributionis meae uenit. Quantum ergo sperare possumus in iusto isto, domine mi, ubi scimus ipsum de nobis angelis fuisse conquestum in caelo, & notificauit eis quod ipse calcauerit torcular solus. Et quid aliud calcauit in ira sua nisi nos, qui post bellum quod habuit in primo aduentu suo, prostrati sumus ab eo, & calcati, iam sunt mille anni, & adhuc restat dies ultionis in ultimo eius aduentu, & annus retributionis in corde suo. Vtinam domine mi, quando interfecimus Esaiam deleuissemus istam auctoritatem praedictam de prophetia sua, quod nunquam legeretur ab aliquo. Et ecce quod Dauid uocat bellum, cum dicit. Dominus uirtutum fortis in bello. Hoc Esaias uocat torcular. Heu domine mi, nos bibimus mustum illud, de quo etiam dicit Jacob Patriarcha & propheta, ut habetur in libro generationis creaturarum de Iuda: Lauauit stolam in sanguine, scilicet uuae, sicut est factum in nobis in primo aduentu Messiae, sed quid faciemus in aduentu eius ultimo, quando stabunt homines coram homine iudicante, & in circui

Esaias fecit in duas partes occubuit.

Psal. 23

Gene. 49

Matth. 25

tu

tu eius erit ignis paratus ad deuorandum illos, contra quos tulerit sententiam. Tunc enim non erit tempus belli, nec iam in torculari calcabitur, quia iam extunc non erit locus nec tempus poenitendi nec refugij, sed iustitia, ut sicut ipse iudicatus fuit sine peccato quod inueniretur in eo, sic ipse iudicabit peccatores. Dicit enim deus in prophetia Salomonis: Quando iustus recipiet iudicium, ubi erit impius & peccator: Vnde si iustus uix saluabitur, quid erit tunc de impio?

Caput XIII.

Adhuc fortius probat corporalem ascensionem Christi.

Valde timeo, domine mi, quod haec quae dicta sunt testimonia prophetarum de illo iusto. Quod scilicet fuit uenditus pro argento, ut dicit Amos propheta. Quod calcauit torcular, ut dixit Esaias. Quod gessit bellum cum patribus nostris, sicut dicit Dauid. Quod captus fuerit in peccatis nostris, sicut dixit Hieremias. Quod uulneratus fuerit in palmis suis, sicut dixit Zacharia. Quod super eius uestem missae sunt sortes, sicut dicit Dauid. Quod ascendit in caelum, sicut dixit idem propheta & alij. Quod non conueniat deo inef-

Iudicium
extremum
horribile.
Prouer. 12
1. Pe. 4

Amos 2.
Esa. 63

Psal. 23

Zacha. 11

Psal. 21
Michea 2

in essentia siue in natura diuina, secundum quam nec resurgit, nec exaltatur, nec sedet, nec descendit. Ex his quæ dicta sunt sequitur necessario, quod iam uenerit iustus, cuius naturæ corporeæ hæc prædicta, & similia poterunt conuenire. Si autem tibi uideretur forte durum credere, domine mi, quod homo corporeus ascendit in cælum, audi auctoritates & exempla quæ mihi occurrunt de scripturis nostris. Et super hoc dicit Dauid Propheta de illo, Ascendit deus in altum & saluabit captiuitatem, dedit dona hominibus. Dicit etiã in Psalmo 67. de ascensione eius: Iubilate deo & glorificate nomē eius, iter facite, qui ascendit de partibus occidentis, dominus nomen illi. Adhuc, domine mi, dixit Dauid de illo in psalmo quem tu habes in corde. Iubilate deo qui ascendit super cælum cœli ad orientem. Et de isto dixit Amos: Dominus est qui ædificauit in excelsis sedem suam. Et de ipso dicit etiam Dauid in Psalmo: Ascendit deus in iubilo & dominus in uoce tubæ. De ipso etiam dixit Aser propheta cap. 2. Vidi hominem descendentē de corde maris & peruenit usque ad cælum, Et quia nō habemus istam prophetiam, obmisi-
simul

Psal. 67
Ephc. 4

Amos 9

Psal. 46

Aser pro-
pheta quis
sit.

si multa scribere quæ allegat sup hoc, immo habemus eū, sed ipse tunc nesciuit qd Aggeus in latino, uocaretur Aser in Arabico, Dicit etiã Moyses in cãtico. Leuabo ad cælum manū meā. Dicit etiã Esaias. Cōsurge, cōsurge brachium dñi. De isto etiam ait Anna mater Samuelis: Dabit dñs imperiū regi suo & sublimabit Christū suū. Dauid etiã dixit. Ascendit dñs sup pennas uentorū. Et hæ auctoritates occurrant mihi ad probandū exaltationem Christi corporalē usq; ad cœlū. Et sunt plures alię quas tu dñe bene scis. Nunc etiã exempla aliqua adducā de lege nostra, quia uidef etiã nobis multum conueniens credere, qd in corpore ascendit in cœlū & hoc est ppter cōsiderationē, nā in lege & in prophetis inuenimus qd deus uerus & gloriosus assumpsit de terra, & eleuauit plures sanctos uiros patres nostros. Et si de istis non dubitamus ppter eorū sanctitatē & propter testimonium scripturę, quare dubitamus de ascensione istius iusti in corpore & aia, cui magis scriptura perhibet q̄ illis testimoniū sanctitatis? Et qa durius bellū secundū prophetas sustinuit, & plures captiuationes mundi quàm aliquis de prædictis. Et præterea, domine, sine exempli
possi-

Deu. 32.

Esaiæ 52

1. Reg. 2

Psal. 17

Enoch &
Helias in
paradi-
sum rapti.
Gene. 5
4. Reg. 2
Iudæorū
opinio de
Moysi rap-
tu.
Deu. 34

positione scis, quod Mathusalem & Enoch iusti, & Helias propheta fuerunt assumpti à deo de mundo isto in corporibus suis. De Moysē etiam non est dubitandum, quin sit in cœlo in corpore & anima, ut dicitur Deute. 34. Dixit deus ad Moysen: Ascende in montem nocte, & morere ibi, & ascendit in montem & mortuus est ibi. Et nesciuit homo sepulchrum eius usq; in hodiernum diem. Et quid significat, quod sepulchrū eius est ignotum in terra, cum ipse fuit Propheta maior & sanctior alijs, nisi quod deus resuscitauit eum, & assumpsit eum in corpore & anima sicut alios iustos assumpsit & eleuauit ad locum ubi sunt. Nec nos debemus mirari supra hoc quod aer iste leuis & subtilis posset portare corpora tam grossa & ponderosa, quia nos scimus quod aqua quæ est in raritate similis aeri quando placuit potentiaē omnipotenti, portauit corpora filiorum Israel in eorum exitu de Aegypto, & quando fuit acceptum sacrificium, ignis descendit de cœlo & eleuauit & portauit corpora pecorum & boum quæ offerebantur deo. Moyses uero & Helias prophetauerunt de illius iusti eleuatione, ac alij Prophetæ. Vnde cum oportet

Exo. 14
Sapient. 10
3. Reg. 18
Iudicū 6

Lectioñē
hanc pius
lector sale-
condiat.

ret nos esse credentes de eleuatione corpora dictorum sanctorum, cur sumus increduli de eleuatione istius iusti & eum eleuatum esse in cœlum, de quo tot sunt testimonia prophetarum in scripturis, sicut dictum est. Et posset induci, ut quia satis apparet quod deus assumpsit prædictos sanctos, de quibus nullus dubitet, ut ad finem disponerentur corda hominum, & ut de ascensione sui iusti etiam nō dubitarent. Est autem & alia causa quare & ipsi nostri dubitant, quia aduentus eius primus fuit occultus, & modus insolitus, sicut Esaiæ 7 dicit Esaias: Homo est & quis cognoscet eū. Idem propheta etiam dicit: Virgo concipiet & pariet filium. Vbi aduertendum est quod tacet de patre secundum carnem, & propter hoc quod alibi dicit: Non reputauimus eum. Hierem. 31 Et Hieremias dicit: Signum nouum creauit deus super terram. Mulier circundabit uirū &c. Dicit etiam Micheas: Propter hoc dabit eis Deus usq; ad tempus in quo parturiēs pariet. Et notandum quod non facit propheta mentionem de marito istius parturientis, cum inquit, natiuitatem istius iusti qui solū natus est præter solitum modum, cursumq; carnalem, qui est ex uiro & femina, sicut de

Esaiæ 7

Esaiæ 13

Hierem. 31

Micheas 5

Z illo

Esaia 7

illo prædictum est per os Esa. cum dicit: Audite domus Iacob, deus dabit uobis signum, uirgo concipiet & pariet filium &c. Omnes autem alij sancti qui dicti sunt, nati sunt de foemina & uiro carnaliter concepti in peccato, & omnes fuerunt peccatores, & ipse Moyses sanctior parentibus prophetis peccauit, & confitetur per os suum se peccasse, de iusto autem isto dicitur per Esaia: Qui nunquam peccauit, nec inuentum est mendacium in ore eius, de alijs omnibus sanctis dicit deus per os Iob: In omnibus sanctis suis non est inuentus sine prauitate. Et Hier. propheta dicit: Corda hominum praua.

Esaia 53

Iob. 25
Hier. 17

Caput XIII.

De cæcitate Iudæorum, quod non credunt Christum aduenisse nec intelligunt.

Rom. 11

Esaia 6

TImeo, domine mi, quod sit completum in nobis quod dixit dominus per Esaia prophetam: Cecidit cæcitas super Israel quo usque intrauit plenitudo gentium, & iterum dicit: Audientes audient & non intelligent, & uidentes uidebunt & non cognoscent, quia corda istius gentis sunt ingrossata. Et adhuc eodem ca. Excæca cor populi huius, & obtura

tura

tura aures eius ne forte addiscant & conuertantur ad me & sanem eos. Et dixit Esaia: Usquequo domine, & dixit, quousque sint ciuitates desertæ, & maneat domus sine habitatore. Dixit etiam Daniel: Claude sermones & inuolue prophetiam: Et Hier. Peccatum Iudæ scriptum est stilo ferreo in lapide adamantino, & extensum super latitudinem cordis eorum. Et Esaia cap. primo: Cognouit bos possessorem suum & asinus præsepe domini sui, populus autem meus non intellexit. Et iterum Hier. Miluus & hirundo & ciconia sciunt tempus aduentus sui, populus autem meus non cognouit me. Et hæc omnia, domine mi, dicta sunt propter nos, quia non cognouimus aduentum istius iusti domini. Et de nobis dixit dominus per Esaia: Elongate foras gentem cæcam, & non habentem oculos, & surdam, & non habentem aures, ecce omnes congregati sunt. Et quid uoluit dicere propheta per hæc uerba, nisi quod deus nos repulit, quia non cognouimus tempus istius iusti citius. Et congregauit ad se in fide gentes loco nostri. Super quo admiratus Dauid dixit in psalm. Hæc est muratio dexteræ excelsi. Nos tamē dei sumus in casu

Ioan. 18

Daniel 12

Hier. 17

Hier. 8

Esa. 43

Psal. 78

Z 2 isto

isto nostro, & in captiuitate ista, quæ non habet finem in qua sumus, iam sunt mille anni, & hoc tamen accidit ita male patribus nostris, qui adorauerunt idola, & occiderunt prophetas, & transgressi fuerunt legem ex toto.

Caput XV.

Quomodo cæcitas Iudzorum & incredulitas circa Christum fuit prænuntiata per prophetas.

Timeo, domine mi, propter hoc quod quia non credidimus in isto iusto, idcirco accidit nobis & completum est illud quod dixit deus per os Esaiæ: Erit prophætia tanquam uerba libri clausi qui dabitur lectori, & dicetur, iste liber clausus est, nescio quid est in eo, & tunc dabit nescienti literas, & dicet, non sum lector ego. Et quæ clausura libri maior est, domine, quæ clausura qua clausit deus corda nostra, iam sunt mille anni, & ultra, nec possumus cognoscere per prophetiam nobis traditam à prophetis super aduentum istius iusti, propter quod alibi dixit deus per prophetam. Desolabitur Hierusalem, & corruet domus sancta. Dixit etiã: Terra nostra deserta, ciuitates nostræ succen-

Esai. 29

Esai. 1

se igne, & remanebit Syon sicut tugurium in uinea dissipata, hoc est, domine mi, & iã sunt mille anni, & ultra. Dixit etiam Esaias: Domine deus exaltabo nomen tuum quia posuisti ciuitatem in tumultum, & domum in confusionem, ut non sit usque in æternum. Et dixit: Conteret populos contritione uasis fragilis, in quo non remanet pars ad portandũ carbonem ignis, nec hauriendam guttam aquæ. Completum est etiã, domine mi, quod dixit Daniel: Postquam fuit occisus Christus, remanebit desolatio perpetua, in qua desolatione sumus. Iam sunt mille anni & ultra. Dixit etiam Esaias: Relicta est in urbe solitudo, & sibilabit terra eorum sibilo usque in sempiternum. Dixit etiam Hieremias: Argentum reprobum uocate illos, quia dominus proiecit eos. Dixit etiam Esaias: Ambulate in lumine ignis uestri, & in flammis quas succendistis uobis, in quibus flammis nos sumus. Iam mille anni sunt. Et dixit etiam Amos: Domus Israel cadet & non est qui erigat eã. Et uidetur mihi, domine mi, quod deus induxit super nos ruinam istam post aduentum iusti huius, postquam propheta nullus surrexit in nobis, nec surget sicut prophetarũ est

Esaiæ 25

Esaiæ 30

Dan. 9

Esaiæ 24

Hierc. 6

Esaiæ 30

Amos 5

Z 3 nobis

Danic. 9

Osee 1

Esa. 43

Esa. 26

Zacha. 2

nobis, quia nos manemus in incredulitate non recipientes fidem illius, sed negantes. Dixit etiam Osee: Cum accubuit mulier super terram & peperit, dixit deus, uoca nomen eius sine misericordia, quia non miserebor populo huic. Et si deus proiecit nos, & non miseretur nostri, ut experti sumus, iam sunt mille anni & ultra. Quæ utilitas est nos habere legem, Circumcisionem & Sabbatū? Dixit Esaias: Educ foras populum cæcum, sicut eduxit nos de terra nostra deus uerus, & gloriosus. Iam sunt mille, & ultra. Dixit etiam idem: Vetus error abiit. Et quid est antiquū, nisi lex nostra, quæ recessit à nobis, domine mi, cum rege, cum sacrificio, cum incenso, & cum altaribus. Et quid peius nobis poterit euenire? & quid est quod nos expectamus? Nonne uidemus quòd dispersit nos per quatuor partes mundi in dispersionem, sicut dixerunt nobis Moyses, Hieremias, & Esaias, & alij prophetæ. Et tamen nos Dei sumus, & ad ipsum recurrimus in omni euentu.

Caput XVI.

Ostendit

Ostendit reprobationē Iudæorum propter eorum perfidiam, & electionem gentium propter eorum fidem.

Timeo, domine mi, cum nos dicimus inter nos, ego & tu etiam sumus filij Iacob & Israel, quia iam completum est illud quod dicit deus per os Esa. Interficiet te deus dō Israel, & uocauit seruos nomine alieno. Paueo quòd de illis seruis simus, quibus debet imponi illud nomen, secundum quòd Moyses dixit Deuteronomij 28. Erunt gentes in capite, & populus incredulus in cauda, sicut nos sumus, iam sunt mille anni & ultra. De illis etiam dixit Hieremias. Replebitur terra fide dei, & redundabit sicut aqua maris, & de illis dixit Salomon: Domine deus cum uenerit alienigena ad domum sanctam tuam, & inuocauerit nomen tuum benedictum, exaudi eum domine deus meus, ut dicat uniuersa terra nomen tuum timere, sicut populus Israel. In quo ergo gloriabimur domine mi, & quare contemnimus gentes? ex quo Salomon propheta fecit eas participes in timore dei, & in domo sancta nobiscum, & forte nos indignos eiecit Deus de ista domo, & dedit eam istis, & de illis

Esa. 66

Deu. 28.

Treno. 3

Esa. 33

3. Reg. 8

Z 4 etiā

Pfal. 72

Pfal. 22

Esa. 60

Esa. 55

etiam dixit Moyses: Hęc dicit dominus de²:
 Replebitur terra tota gloria domini. Et de
 ipsis dixit Dauid in Psal. Præuenient & con
 uertentur ad dominum uniuersi fines terræ,
 & mille generationes. De ipsis etiam Dixit
 Esaias: O domus Dauid sancta, uenit lumen
 tuum, & gloria domini super te orta est, &c.
 Et ambulabunt gentes in lumine tuo, & Re
 ges in splendore ortus tui. Leua in circuitu
 oculos tuos & uide, omnes isti congregati
 sunt, uenerunt tibi, & filij extranei ædifica
 bunt muros, & principes eorum seruiēt tibi.
 Et qui sunt isti filij extranei, domine mi, qui
 uenerunt ad domum dei, nisi gentes quæ ser
 uiebant idolis qui erāt extranei à deo, & ipsi
 principes & reges eorū, de quibus dixit deus
 quòd ambulabunt in lumine domus sanctæ,
 & nos erimus in tenebris extra illam & su
 mus, iam sunt mille anni. Dixit adhuc idem
 propheta de illis: Ecce gentem quam nescie
 bas, uocabis, & nationes quæ te non cogno
 uerunt ad te uenient. Et sicut de facto uide
 mus, hodie sunt mille anni & ultra, quia Chri
 stus missus secundum legem nobis datam
 uenit, & gentes quæ legem non nouerant, ue
 nerunt ad eum, & ipse dedit eis legem nouā,
 puram

Hier. 31
Ioan. 13
Esaia. 60

Esaia. 65

Hier. 3

Hier. 16

Sopho. 3

Zacha. 2

puram, & sanctam. Adhuc quadragesimo
 quinto capi. Concordauerunt, & reges eo
 rum congregati sunt in fide dei. Et timeo,
 domine mi, de illis fuisse dictum eodem cap.
 Congregamini omnes & uenite gentes, quæ
 saluatæ estis per deum ex gentibus. Et de po
 pulo dixit Esaias: Quæserunt me & non in
 terrogabant, & inuenerunt me qui non quæ
 rebāt me. Et de ipsis etiam dicit Hieremias.
 Congregabuntur omnes in nomine domi
 ni, in domo sancta, & non ambulabunt in
 prauitate cordiū. De ipsis idē ppheta dixit:
 Ad te uenient omnes gentes ab extremis fini
 bus terræ, & dicent: Non hæreditauerunt pa
 tres nostri nisi mēdaciū & iniquitatem. Et
 de ipsis dixit Sophonias: Datum est gentib⁹
 ut loquerentur simul in nomine domini, &
 seruient ei humero uno, omnis homo de lo
 co suo, & omnes insulæ gentium. Et de illis
 dixit Zacharias: Lætare domus Syon, quia
 ego ueniam ad te, & habitabo in medio tui
 in illa die, & appropinquabunt deo gentes
 in multitudine sua. Dicit idē propheta 8. ca.
 Hęc dicit dñs deus exercituum, uenient gen
 tes multæ de locis multis, & dicet uir ad uici
 num suum, uadamus & quæramus domi
 num suum,

Z. 5 nū

num Deum in bono. Et ista, domine mi, completa sunt nunc, & complentur in oculis nostris de plano, uides populos, & linguas legere libros legis & prophetarum omnium, & psalterium, dimissis idolis suis, nullus ex eis credit per manum Moyfi nec Aaron, nec alicuius prophetarum nostrorum, nec aliquid remanet de fide ab idolis ab illo tempore, quo crediderunt iusto illi, de quo dicit Abacuch: Egressus es domine ad salutem populi tui, ad salutem cum Christo tuo.

Abacuc 3.

Caput XVII.

De uiuificatione gentium & interfectione Iudæorum prout etiam uidebitur in cap. sequenti.

Timeo, domine mi, quod deus uictor & gloriosus uiuificat illas gentes per fidem, & interficit nos in incredulitate nostra, sicut ipse dicit per os Esa. prophetæ: Pro eo quod uocaui & non respondistis, hæc dicit dominus deus: Ecce serui mei comedent, & uos esurietis. Ecce serui mei bibent & uos sitietis. Ecce serui mei gaudent in exultatione cordis, & uos cõcutiemini præ amaritudine cordis.

Esaie 65

dis, & interficiet te deus ò Israel, & uocabit seruos suos nomine alio, in quo benedixit illis qui est benedictus super terram, Amen. Et nos uidemus receptores istius nominis benedictos à deo super faciem terræ, & nos disperdit, scilicet in captiuitate per quatuor partes mundi. Hodie sunt mille anni. Et apparent expresse in nobis uestigia iræ dei, non ad castigationem, sed ad destructionem, & illa est interfectio quam deus comminatus est, quod interficiet Israel, & illæ gentes uiuæ, quas uocat seruos, recipient nomen quod deus promisit, sed non ante mortem nostri nominis primi secundum ordinem uerborum dei per Esaiam, & fames & sitis quas patiemur, nõ est panis aut aquæ, sed cordium & animarum sterilitas, & fames uerbi dei, sicut prophetæ declarant per os Amos cap 8. Et tu domine, scis hoc plenius quàm ego. Veruntamen dei sumus in omnibus quæ accidunt nobis.

Zacharia

Psal. 78

Amos 2

Caput XVIII.

Quomodo gentes per fidem uiuificantur habent mundas obseruantias nouæ legis.

Timeo

Timeo, domine mi, quod gentes istæ uiuificatæ sunt, iam sunt mille anni postquã fuit mortuus Iesus in Hierusalem, quia nihil boni habuerunt antequam crederunt in deum & in Christum & apostolis, quoniam ipsi forte erant illi pisces & illæ bestiæ, de quibus loquitur Abacuch propheta, quæ non habent ducem, & ipsæ gentes purificatæ per fidem habent ieiunia sua & obseruantias suas legis nouæ, & habent cuncta illa quæ ad mundiciam pertinent in lege antiqua contenta Iudæorū. Vides quod in omni lingua, & in omni loco in oriente & in occidente gentes sunt confitentis in nomine domini, & non credunt in eum per Moysen, nec per aliquem prophetarum, quamuis sunt studiosi in lege & in libris omnium prophetarum, sed deus uocauit eos per discipulos iusti, qui egressus est cum deo ad salutem eorum, sicut ipse deus benedictus & gloriosus prædixit per os Abacuch propheta. Et isti discipuli eius fuerunt filij nostri de filiis Israel, qui alio nomine uocantur Apostoli. Valde timeo, domine mi, quod isti sunt illi de quibus dixit deus per os Dauid in Psal. In omnem terrã exiit sonus eorū, & in extre-
mis

Abacuc. 1

Mar. 16
Matth. 28Abacuc. 1
Apostoli
filij Iudæo-
rum.

Psal. 18

mis finibus extensa uerba eorum. Et uerba prophetae expresse demonstrant nobis quod de istis loquitur & non de nobis, cum dicit, non erit lingua neque sermo qui non audiant uoces eorum, & hoc nõ potest esse de lingua nostra Hebræa, quæ enim gentes obediunt præceptis Moysi & Aaron, quinimmo, ipsi interfecerunt gentes & fugauerunt eas à se. Hæ autem gentes sciunt hodie Moysen & prophetas, & cognoscunt deum & seruant legem nouam, sicut apostoli docuerunt eos, Attamen dei sumus.

Ro. 10

Gentes quæ
seruent le-
gẽ Moysi.
Rom. 2

Caput XIX.

De electione Apostolorum loco prophetarum.

Timeo, domine mi, quod illud quod Zacharias propheta dixit: Percutiam pastorem & dispergentur oues gregis, fuit completum quando nos percussimus pastorem istorum puerorum & sanctorum Apostolorum, extunc nos oues dispersi sumus per uniuersum orbem, & isti filij nostri, scilicet Apostoli, surrexerunt loco prophetarū, quod apparet ex hoc quod deus post illos non misit nobis prophetā, nec notificauit aliquid per uisionem. Timeo, domine mi, quod isti pueri sint

Zacha. 13

Jobel. 3
Apostoli
pueri dicuntur.

Pfal. 33

Exo. 4

Pfal. 143
& 127
Esa. 5

Apostoli
filij dei uocantur.

Esaia 29

ri sint apostoli de quibus dixit deus per os Iohelis prophetæ: Senes uestri somnia somnia bunt, & pueri uestri uisiones uidebunt. Certissime, domine mi, senes sunt prophetæ nostri, qui somniauerunt fidem gentium, quam consecuti sunt illi pueri, scilicet apostoli, & uiderunt. Et de istis pueris dixit Dauid propheta, Venite filij, audite me, timorem domini docebo uos, & deus non nominat filios in plurali, sed solum nominat eos Israel primo genitum in usu loquendi communi. Et in alio psalmo nominat istos pueros filios, cum dicit: Filij tui sicut plantæ nouellæ. De Israel, domine mi, dixit deus per os Esaia: Vineæ dei exercituum fuit domus Israel, expectaui quod ueniret cum uua, & uenit cum spinis, propter hoc ego adducam qui destruet illam in conculcationem, & de illis prædictis filijs dei qui uocantur Apostoli, dixit deus per os Esaia: Non modo erubescet Iacob neclique fiet facies eius. Sed tunc quando uidebit de filijs suis illos quos creauerunt manus meæ sanctificatos ante oculos suos. Et si essent, domine mi, filij isti sanctificati coram nobis secundum uiam legis nostræ, non diceretur de nobis, quod essemus in erube-

erubescencia, propterea & dissoluerentur facies nostræ, immo haberemus gloriam & resplenderent facies nostræ sed confusio facierum Iacob & desolatio est ista, quod isti filij quos deus creauit manu sua, scilicet apostoli sunt sanctificati coram nobis, & non secundum legem nostram. Propterea deus dat intelligere quod lex nostra non est lex ipsorum. Dixit etiam deus per os Hieremiæ: In illa die non dicent, Patres nostri comederunt uuam acerbam, & dentes filiorum obstupescunt, sicut infidelitas Iudæorum non nouit fidei Apostolorum nec nocebit, & propter hoc subditur: Viuo ego, dicit dominus, si erit ultra prouerbum istud in Israel, quia nunquam aliquis de apostolis postquam receperunt fidem rediit ad fidem nostram, quare non sentiunt acerbitatem infidelitatis nostræ, sicut dentes nostri obstupescunt de peccato patrum nostrorum. Adhuc de istis filijs, domine mi, qui sunt apostoli dixit deus per os Esa. prophetæ. A quo transmi-grabo nisi a populo meo. Filij autem qui erunt infideles, deus erit saluator eorum in omnibus angustijs eorum, & uultus eius custodiet eos in charitate eius, & in clemētia redem-

Hiere. 38

Esaia 61

mis

mit eos, & propitius erit eis in longitudine dierum. Verissimum est, domine mi, quod isti filij de quibus loquimur semper manserunt firmi, nec deus transmigravit ab eis ab illo tempore quo redemit rex ille iustus, magister eorum, sed transmigravit à nobis & fuit semper cum eis, & de istis etiam filiis qui sunt apostoli, dixit sapiens Iesus filius Sirach in libro suo: Audite filij charissimi & operamini in salutem, quia honorat deus patrem in filiis. Et qualiter intelligi debeat honor ille declarat deus per os Malachiae: Mitter deus Heliam qui conuertat corda patrum nostrorum ad filios. O domine, si deus debuisset conuertere corda filiorum scilicet, apostolorum ad patres, cum hoc debeat intelligi de fide, tunc isti filij scilicet, apostoli fuissent nobiscum in captiuitate ista quae non habet finem, sicut & patres nostri & nos sumus. Sed ex quo deus ordinauit quod debeant corda patrum ad filios conuertari, quid est quod expectamus, domine mi, & quid prestolamur. Et si uoluimus dicere quod alij filij debent esse praeter apostolos, de quibus intelligantur praedicta, illi erunt in captiuitate sicut & nos, ex quo uiam illius iusti non sunt secuti, quem apostoli firmiter secu-

Apostoli firmi in fide. Eccle. 3

Mala. 3

secuti sunt & docuerunt sequendam, & propter hoc habent honorem patrum, in hoc quod patres dicuntur ad illos conuerti. Cum ergo, domine mi, filij nostri uenerunt antequam nos ad fidem dei, si corda nostra conuertantur ad filios, corda eorum conuertentur ad nos. Et sicut dicit deus altissimus: Erunt populus unus, animus unus, in deo glorioso, & uictorioso, quia non debemus intelligere illam conuersionem nisi de infidelitate ad fidem & doctrinam illius iusti, qui est magister salutis eorum qui credunt in eo, & secundum quod dixit Dauid de eo. Ipse est cuius sacerdotium erit secundum ordinem Melchisedech in aeternum, qui obtulit sacrificium panis & uini, & fuit Melchisedech sacerdos dei altissimi ante Aaron. Et attende, domine mi, quanta sit differentia inter sacrificium Aaron, & iusti istius domini. Dixit dominus domino meo, tu es sacerdos in aeternum, non ad tempus sicut Aaron, qui mortuus fuit uiginti centum annorum. Item sacrificium Aaron fuerunt carnes, & sacrificium illius iusti domini fuit panis & uinum secundum ordinem Melchisedech. In quibus uerbis dominus per prophetam ostendit manifeste, quoniam sacrificium
Aa crisi

Esa. 57
Ezech. 37
Sopho. 3

Psal. 109
Gene. 12
Heb. 7

Nume. 20

Sacrificium Melchisedech Aa Christi.

crificium Aaron finiretur, quando inciperet illud sacrificium inæternum Aaron, quod finiretur, quando inciperet sacrificium in pane & uino æternaliter duraturum, cum Aaron non sit data æternitas in sacerdotio, sicuti sacerdoti Christo. De illis filijs dicit etiam deus per os prophetae Moyfi. Deute. 32. Sanguinem filiorum ulciscetur & lauabit terram populi sui, & nos domine occidimus prophetas & non fecit uindictam de eis nisi per septuaginta annos, sed occidimus apostolos & iustum magistrum eorum, & fecit deus uindictam de filijs. Iam sunt mille anni & ultra. Et per mortem ipsorum lauit deus terram populi sui, & non dixit terram filiorum Israel. De ipsis etiam filijs dixit Dauid in psalmo 116. Sicut sagittæ in manu potentis, ita filij fideles. Comparat enim propheta istos filios fideles sagittis emissis de manu potentis, quia deus omnipotens misit eos ad duodecim partes mundi per quatuor mundi climata fideles hos filios cum doctrina legis, Psalterij & prophetarum. Moysen autem & Aaron non misit extra domum sanctam ad docendum, quia non ad Indiam, Romam, nec ad alia loca extra terram sanctam misit eos annua

Mar. 16
Matth. 28

Apostoli
quare sa-
gittæ di-
cuntur.

annunciare doctrinam legis & prophetarum, sed isti fideles filij sic proiecti uel missi per uniuersum mundum, surrexerunt coram deo loco nostri, postquam deus occidit Israel & nomen nostrum quod bene innuit Dauid in psalmo cum dicit: Pro patribus tuis nati sunt tibi filij, constitues eos filios reges & principes, & per istos innouata est lex prima secundum ordinem Melchisedech, qui sacrificium dei instituit in pane & uino, ex quibus communicauit Abraham amico dei, Deus etiam per ministerium istorum mutauit sacrificium nostrum, sicut mutauit nomen nostrum, & sicut mutauit legem carnalem nostram in legem spiritualem. Et si deus dixisset nostro Moyfi sicut dixit per os Dauid, Messiae siue Christo. Tu uenies sacerdos in æternum secundum legem Moyfi & Aaron, staret illa lex, sed dixit. Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. Et amicus dei communicauit de sacrificio panis & uini, & non de sacrificio carniū. Ad hoc bene sonat uerbum Moyfi, cum dixit. Comedetis uetustissima ueterum, per quod intelligit sacrificium Melchisedech. Et iterum: Et nouis superuenientibus, id est nouæ legis sacrificio publicato, uetera,

Psal. 44

Gene. 14

Hiere. 31

Psal. 109

Leui. 26

scilicet uestra sacrificia proicietis. Nos tamē dei sumus in omni euentu.

Caput XX.

De reprobatione sacrificij Iudæorum & electione sacramenti Christianorum.

TImeo, domine mi, quod deus eiecit nos à se & sacrificiū nostrum, & acceptauit sacrificium gentium, sicut dixit per os Malachiae: Non est mihi uolūtas in uobis, dicit dominus, neq; accipiam sacrificium uestrum, quoniam ab ortu solis usq; ad occasum eius magnum est nomen meum in gentibus, quæ offerunt in nomine meo sacrificium mundū, ergo apud deum sacrificium gētium est mūdius quàm sacrificium nostrum. Et insuper quia deus priuauit nos omni sacrificio mundo, & alio, docens Christianos ut ipsi uitarent nos, ne contaminarentur, sicut nos uitauimus gentes omni tempore quo sacrificiū nostrum fuit mundum apud deum & acceptum. Etiam tu domine mi, nosti quid dicit deus in Psalm. de nostro sacrificio cum ait, per os Dauid prophetae. Nunquid uidistis uos quòd ego comedi carnes taurorum, & hircorum sanguinem biberem. Per quod
ma

Mal. 1

Psal. 49

manifestat deus quòd ipse condemnat carniū sacrificium. Et unde est nobis, domine mi, quòd nos detestamur in gentibus sacrificium panis & uini, quod statuit deus, & in nullo reprobatur, sicut reprobatur sacrificiū carniū, cum Salomō describat illud Aaron, dicens: Iste scilicet Aaron extendit manus suas Eccle. 50 super altare, & obtulit sanguinem uuæ & incensum deo uiuo, & obtulit sacrificium nostrum de granis terræ, sicut Melchisedech Gene. 28 obtulit pro Abraham. Declarat deus sacrificiū gentium per Moysen. Leuiti. 25. Offeretis deo sacrificium de leuatis de area, & de expressione uuæ, & benedicat uobis deus & cunctis operibus manū uestrarū. Scimus etiā nos, Exo. 25 domine mi, quòd deus mandauit in principio poni ante archā fœderis domini panes Heb. 9 & non carnes. Etiam, domine mi, cum deus Leuiti. 22 de hoc in Leuitico præcepit Aaron per Moysen, dicens: Homo de semine Aaron sacerdotis qui habet maculam, non offerat sacrificiū de panibus, nec aliud quodcunq; sacrificium. Et in pluribus scripturæ locis deus præcepit fieri sacrificium de pane & ex farina purissima & acceptabit illud, & tale sacrificium est hodie gentiū, scilicet panis ex farina purissima

A 3 ; sima

suma. De sacrificio etiam panis fit mētio primo Regum 21. Cum Dauid uenit ad Abimelech principem sacerdotum in Sylo, & petiuit ab eo panes, qui respondit. Non sunt hic panes nisi panis oblatus, quem non conuenit comedere pueris tuis, quia sanctus est. Et quę gentes ponunt in sacrificio suo aquam, non debet nobis inconueniens uideri, quia etiam in scripturis sanctis inuenimus de hoc exemplum, scilicet quod deo fiebat sacrificium de aqua, & fuit deo acceptum. Inuenimus etiā 2. Regum 23. quod duo iuuenes hauserunt aquam de cisternā quę erat ante portā Bethleem, & propheta Dauid obtulit illam deo in sacrificium, ergo non est contra scripturā, si gentes hodie ponant aquam in sacrificio, quod faciunt deo. Nos etiam legimus, quod Aaron fecit deo sacrificium de pane & uino, & Dauid de aqua, & ista tria sunt simul in uno sacrificio mundo (quamuis intellectus noster id penetrare nequeat) & non sicut carnes taurorum pinguiū. Helias noster ut narratur Regum 3. Infudit aquam super sacrificium & deus misit ignem de caelo, & acceptauit sacrificium cum aqua perfusum. Angelus in figura communicauit etiam Heliam

Aqua in sacrificio ponitur.

Panis uinum, aqua.

3. Reg. 31

liam

liam in pane subcinericio & aqua, quando 3. Reg. 18
HELIAS ambulauit in fortitudine cibi super illud quod natura non potest concedere, quadraginta diebus usque ad montem Dei Oreb. Hoc etiam sacrificium uini cum aqua mixtum, pulcherrime & apte describit **SALOMON** propheta in libro Prouerbiorū, cap. 9 cum dicit. Sapientia altissima communicauit sacrificium suum, miscuit uinum suū & parauit mensam, tunc misit seruos, dicens. Qui est paruulus ueniat ad me & insipientes comedent panem meum, & bibent uinum meum temperatum aqua. Quid domine mi, mensa parata sapientiæ altissimi, nisi altare? Quid domine, panis, & uinum mixtum, nisi sacrificium de pane & uino, & de aqua quod fit in altari? qui sunt insipientes uocati per seruos sapientiæ, nisi gentes quę ignorabant Deum uocata per apostolos. & notabiliter dicit, panem suum & uinum suum: per id enim innuit hoc sacrificium esse gratum Deo, & quod ad istud conuiuium tam sublime, & tam spirituale non uocauit patres nostros, qui erant sapientes in lege, qui erant occupati in sacrificio legis, quod etiam carnale sacrificium non dimisit

Aa 4 nobis,

nobis, sed priuauit nos illo. Iam sunt mille anni completi, quod nobis accidit propter illum iustum in quem peccauimus. Attamē dei sumus. Caput XXI.

Quod deus refutauit ieiunia, sabbata, & sacrificia Iudæorū, & Christianorum elegit.

Valde timeo, domine mi, ab illo uerbo, quod deus fortis et gloriosus dixit per os Malachiæ cap. i. ubi sic tangit de sacrificio gentium. Ab ortu solis usq; ad occasum, gentes offerent sacrificium nomini meo mundum, ubi aduerto quod sacrificium nostrum non fuit acceptum nisi in uno loco solo. s. in domo sancta præcise & quo etiā loco, sacrificio priuauit nos deus, scilicet terra promissionis, & ubiq; disperfit nos terrarum, iam sunt mille anni. Vnde uenit super nos, & completum est, quod deus dixit de nobis per similitudinem loquens per os Esaia ubi ait. Completa est uindemia & non est de cætero collectio. Et illud Malachiæ: Non est mihi uoluntas in uobis, & sacrificium non accipiam à uobis. Et illud Esaia cap. pri. Sabbata uestra, & festiuitates uestras, & sacrificium uestrum non recipiam, quia omnes uos estis in ira mea. Et illud Esaia completum est super nos

Mala. 1

Sacrificiū
gentium.

Zacha. 2

Esaia 32

Mala. 1

nos. Quid mihi multitudo uictimarum uestrarum, quid multiplicastis mihi sacrificiū de arietibus, & carnibus hircorum, ego autē cōtempni sanguinem uitulorum, & arietum carnes & hircorum. Cum præsentaueritis ea coram me, & quis recipiet ea à uobis: nō deturpetis lapides meos sanctos. Frustra non offeretis ultra sacrificium, quoniam incensum uestrum, & sabbata uestra, & solennitates uestras non recipiam à uobis, quia odiuit illa anima mea. Si eleuatis manus uestras ad me, auertam uultum meum à uobis. Et si multiplicaueritis orationes uestras, nō exaudiam, quoniā manus uestræ plenæ sunt sanguine. Et omne sacrificium uestrum sicut cadauer scetidum, Et egressus atrij portæ exterioris, & ille qui mihi iugulauerit taurum, sicut qui decollauerit hominem, & ille qui obtulerit in sacrificium hircum, sicut qui obtulit carnem, & qui obtulit uinum, sicut qui offert sanguinem porci: Sed abominatio de sacrificijs apud deum nihil aliud significat, nisi mutationē sacrificij nostri carnalis & grossi in sacrificium istius iusti domini spirituale & subtile. Qui instituit offerre panē loco carniū, & aquam mundam, loco pinguedinis

Esaia 1

Amos. 5

Matth. 27

Mar. 14

Aa 5 car

carnium. Et uinum purum, loco sanguinis. Et homo offertur spiritualiter & acceptabiliter deo, non sicut animalia decollata per nos quæ per prophetam comparantur cadaveri putrido. Et quare non credimus, domine, hæc quæ locutus est nobis deus per prophetam istum. Et quid describit tam euidenter de sacrificijs nostris. Dixit etiam deus per Hieremiam capite septimo: Inuitate proximos uestros ad sacrificia, & comedite cum eis carnes sacrificiorum uestrorum, quia in die qua eduxi patres uestros de AEGYPTO, non præcepi eis, nec uerbum feci de sacrificijs, sed dixi. Audite uocem meam & ero uobis deus, & uos mihi populus, si ambulaueritis in omnibus quæ præcipio uobis, bene erit uobis, & non audierunt, nec posuerunt aurem suam ad dictum meum, & tu, domine mi, es qui hoc nosti. Attamen Dei sumus in omnibus quæ euenerint nobis.

Caput XXII.

Probat abiectiõnem Synagogæ & electionem Ecclesiæ per uerbum domini ad Rebeccam.

Ti meo

Timeo, domine mi, quod de Synagoga & ecclesia intelligatur uerbum illud quod scribitur uigesimo quinto capi. primi libri legis, cum dicit dominus deus Rebeccæ uxori Isaac. Duæ gentes sunt in utero tuo, & duo populi uenient de utero tuo, & gens gentem superabit, & maior seruiet minori. Domine mi, sola Rebecca fuit mater Iudæorum & gentilium. Populus maior & primogenitus fuit Synagoga, quæ magna fuit honore & scientia dei dotata. Populus secundus genitus & minor apud deum, fuerunt gentes in infidelitate manentes, & in ignorantia sua. Si tamen, domine mi, deus occidit Israel, prout describit Esaias, & tunc tota subuersa est Synagoga, quæ fuerat maior, & seruiuit gentibus quæ fuerat minor, ut compleretur uerbum quod deus dixit Rebeccæ. Gens gentem superabit. Etiam de ecclesia dixit deus per os Dauid Psalmo quadagesimo quarto. Astitit regina à dextris tuis in uestitu deaurato, distinctis coloribus adornata. Exponitur, dñe mi, quod ecclesia gentilium quæ uocatur regina diuersitate linguarum omnium, quæ seruiunt ei est adornata quasi colorum distinctione. Nam omnes linguæ in ecclesia concordant in ue-

Gene. 25

Maior seruiet minori, pulchre exponitur.

in ue-

Linguae
oēs in le-
gis dei ex-
positione
concor-
dant.

380 VERI MESSIAE

in uera expositione legis & psalterij & libri
omnium prophetarum. Synagoga uero nō
habuit nisi unam linguam, & ornatum suum
quasi uno colore scilicet Hebræa.

Caput XXIII.

Probat hoc idem per uerba Mala-
chia prophetæ.

TImeo etiam, domine mi, de uerbis in-
ductis superius frequenter per Mala-
chiam prophetam, dixit deus Synagogæ: Nō
est mihi uolūtas in sacrificijs uestris, quia ab
ortu solis usq; ad occasum magnum est no-
men meum inter gentes, quæ offerunt nomi-
ni meo sacrificium mundum. Sicut de natu-
ra sua munda sunt, aqua, uinum, & farina pu-
ra, de quibus factum est sacrificium & nō in-
diget mundatione & lotionē. Sed Synagoga
indiget lauare carnes sacrificiorum, & pur-
gare uentres animalium, quæ in sacrificio sa-
crificabantur, & lauare locum de sanguine
& pinguedine sacrificiorum, aliter esset hor-
ror tractare & uidere. In sacrificio autē pa-
nis & uini & aquæ non apparet aliquid inde-
cēs aut turpe. Aestimo domine mi, quod de
isto

Malach. 1

PARASTASIS. 381

isto sacrificio dixit deus per Salomonē. Pro-
uerb. 17. Melior est buccella panis cum cha-
ritate quàm uitulus faginatus cum inimici-
tia. Buccella amoris, domine mi, pura est mā
suetudo super mansuetudinem, & remissio
mutua offensarū, & uitulus odij faginatus est
oculus pro oculo, & occulta interfectio ini-
micorum. Ergo, domine mi, sacrificium Sy-
nagogæ est uitulus pinguis cum inimicitia,
& sacrificium ecclesiæ buccella est panis cū
charitate, de qua dixit deus. Melior est buc-
cella pan. &c. Pulchre etiam describit deus
ecclesiam assimilando ceruis per os Salomo-
nis Prouerbiorum 5, ubi ait: Cerua deo cha-
rissima in æmulo suo, cuius ubera inebrient
te in omni tempore & amor illius delectet te
in æternum. Et ecclesia est deo dilecta cerua
in æmulo suo uno, de quo & qua scribitur
cerua charissima deo in æmulo suo non ha-
bente parem in nobilitate & gratia. Tunc ad-
dit, domine mi, & dicit, inebrient te ubera e-
ius omni tempore, delectare in amore eius iu-
giter. Quo significatur sacrificium ecclesiæ
omni tempore duraturum in æternum. Simi-
lat autem deus illam matri lactanti filios, &
in hoc quod dixit, inebriabo te, denotat ma-
teriam

Ecclesia
cerua dici-
tur.

teriam sacramenti spiritualiter quantum ad
uinum, & ubera denotat in reliquis partibus
sacramenti esse delectabile nutrimentum &
sufficiens sacramentum, quo sacrificio iam
fruitur & delectatur ecclesia. Iam mille anni
sunt, à quo tempore priuauit Synagogam sa-
crificio. Aemulus autem ille in quo ecclesia
est tam grata deo, est Christus dominus &
ubera eius dant uinum perpetuum, de quo
peruenit gaudium sempiternum, & non di-
cit quod dabit carnes & pinguedinē uel san-
guinem quæ faciūt sacrificium laboriosum.
Fuit autem Synagoga sicut mulier quæ ha-
buit alium uirum, supple deum, & perdidit
illum & domū sanctam. Et ista ecclesia fuit
cerua in deserto sine marito, sed deus uicem
illius supplet. Vnde ipse fortis & gloriosus
dicit per Esaiam: Puellæ sequestratæ melio-
res sunt quàm illæ quæ habent uirum. Item il-
le propheta capit. quadragesimotertio. Ego
factam, dicit dominus deus, uineam & flumi-
na ad potum populo meo electo, & tu Iacob
non obedies, & tu Israel non audies. Sicut
nos, domine mi, sumus extra obedientiam,
nec habemus aures nec oculos, quapropter
hæc captiuitas nostra iam usque ad comple-
men-

Esa. 54

mentū mille annorū peruenit. Timeo, dñe
mi, de lege nostra quæ furoris iram habet in
promptu, & dicit oculus pro oculo & cæ.
Sed cerua illa æmulum habens unicum, dixit
in Euangelio suo glorioso Matthæi quinto.
Qui te percusserit in unam maxillam statue
illi alteram. Loquitur David in Psalmo 50.
Quàm magna, & quàm multa dulcedo tua
domine, quam abscondisti timentibus te, &
compleuisti eam sperantibus in te. Et est cla-
rum, domine mi, quod populus Synagogæ ti-
muerunt pœnas legis, scilicet oculus pro o-
culo, quia erat in promptu excutio. Sed po-
pulus ecclesiæ sperās est in dulcedine dei, qui
percussi in faciem non reperiunt. Quapro-
pter parauit illis deus, scilicet gentibus, ma-
gnam multitudinem dulcedinis suæ, quam
abscondit à Iudæis Attamen &c.

Caput XXIII.

Quod cantus Christianorum est deo
acceptus.

PAueo, domine mi, quod dictum est de
apostolis illud Esaiæ: Manifestabunt fan-
ctum Iacob, & euangelizabunt deum Israel,
& accipient ignorantes scientiam, & musi-
ci scient leges. Aperte uidemus, domine mi,
quod

Esa. 23

quod iam sunt mille anni quod ignorantes
 musici sciunt, & docent legem nostram, &
 qui sunt ignorantes nisi gentiles, & qui sunt
 musici cantantes psalterium nostrum, & p-
 phetas in ecclesijs suis nisi Christiani: De qui-
 bus musicis, siue cantoribus, dicit deus per os
 Dauid in Psalmo 97. Cantate domino canti-
 cum nouum, quia mirabilia fecit. Et quid est
 canticum illud nouum, domine mi, nisi testa-
 mentum nouum: & antiquum, nisi lex anti-
 qua? Et de istis etiam musicis dicit deus per
 Dauid prophetam Psalmo 134. Cantate do-
 mino omnis terra, psalmum dicite nomini
 eius. Et in eodem. Cantabunt tibi & psallent
 nomini tuo uniuersae familie gentium. Et no-
 tanter dicit: uniuersae familie gentium, & non
 Israel singulariter. De istis etiam musicis di-
 cit deus per os Dauid psalmo 88. Beatus po-
 pulus qui scit cantilenam, in lumine uultus
 tui ambulabunt. De illis etiam, domine mi,
 scribitur in psalmo 88, Cantabunt tibi gentes in
 domo dei mei canticum. In loco isto ponit
 cantilenam antonomatice. Etiam sunt mil-
 le anni quod nos Iudaei non cantauimus in
 domo sancta. De istis cantoribus dicit Da-
 uid: Cantabunt canticum in domo dei in æ-
 ter-

Cantici
 nouum.

æternum. De nobis dicit in psalmo 136. Quo-
 modo cantabunt canticum dei in terra alie-
 na. Et qualiter potest esse, domine mi, quod
 speramus terram habere & nomen: cum deus
 dixit per Amos prophetam capit. 5. Cecidit
 Israel, & non refurget, uirgo Israel prostrata
 est, & non eleuabitur. Idem propheta cap. 9.
 & ueniet tribulatio & non saluabitur qui ef-
 fugerit ex eis, & si asconderint se in monte
 Carmeli, inde præcipitabit eos manus mea,
 etiam si descenderint in profundum maris, il-
 luc mittam serpentes, & mordebunt eos, &
 si abierint in captiuitate coram inimicis suis,
 ibi mandabo gladium & occidet eos, & po-
 nam oculum super eos in malum & non in
 bonum, quod fecit nobis deus. Iam sunt mil-
 le anni completi quod canticum & psalmum
 cantauimus, ex quo sic est. Attamen &c.

Caput XXV.

Quod Iudaei indebite reprehendunt cantus
 Christianorum.

Domine mi, dixit deus de cantu Chri-
 stianorum per os Dauid. Omnes gen- Psal. 46
 tes plaudite manibus, & cantate deo in uoce Psal. 96
 laudis. Et alibi dicit. Iubilate deo omnis ter-
 ra, seruite domino in lætitia. Introite in con-

Bb spectu

specu eius, dicas totum iubilate: Et Psal. 99, Cantate domino ois terra, & annunciate de die in die, Pauco domine mi, ex quo deus dixit per os Hieremiae cap. 9. Docete filios uestris & filias uestras, fletu & planctum quoniam mors egressa est per portas uestras, ex quo deus dixit de his filiis musicis per os Dauid Psalmo. 148. Reges terrae & omnes populi, principes, & omnes iudices terrae, iuuenes & uirgines, senes cum iunioribus laudent nomen domini. Et psalm. 49. In sacrificio cantus honorabit me, ac si aperte diceret, non in sacrificio carniū hircorum, sicut erat sacrificium nostrum. Et de his Esaias propheta: Musici, addiscentes scripturas, & totum Psalterium Dauid, sic musicali arte notatum per sonum acutum & grauem. His omnibus consideratis uidetur mihi, quod nos erramus in hoc quod nos de sua laudis sacrificio iudicamus, quod in ecclesia dei exhibet cantando, praesertim cum in lege dei de hoc inueniamus praecipua & exempla Dauid, qui etiam dicit: Laudate eum in cithara & organo, laudate eum in cimbali magnis laudibus, & omnis spiritus laudet dominum Iesum Christum, Exemplum etiam in secundo Regum cap.

Esa. 49

Psal. 130

cap. sexto ubi legitur quod Dauid discooperto capite saltans psallebat cum cithara ante archam domini, quem temeraria uxor sua Michol ausa est redarguere, Cui ipsi ait: O fatua, nonne uidebit me dominus despectum psallentem? filij autem Israel sonabant buccinam dum transducebant archam. Sed quid sumus, domine mi, irridentes solennitates ipsorum musicorum, nisi Michol fatua, & qui sunt isti canentes nisi Christiani saltantes, & exultantes deo in humilitate sicut Dauid, praesertim cum dicit deus, Omnis spiritus laudet dominum, si dixisset omnis Israelita praecise, tunc possemus alijs insultare. Hoc autem quod Esaias dixit. Quod gentes sunt in conspectu eius quasi nihil, est intelligendum de gentibus istis quae fuerunt antequam haberent notitiam dei per aduentum iusti, quia tunc fuerunt pagani & idolatrae non de gentibus quae inuenerunt dominum, quae offerunt omni die sacrificium mundum in oriente & in occidente, sicut dicit per os Malachiae prophetae, ut iam superius est allegatum, & certe, domine mi, nos erramus.

Psal. 130

Esaia 40

Malach. v

Attamen.

Bb 2 Caput

In quo probat apostasiam Iudæorum à deo.

PAueo, domine, quod apostatauimus à deo in primo aduentu iſtius iuſti, de quo introduximus auctoritates prædictas, & cui expreſſe conueniunt omnia quæ ſcripta ſunt apud nos in libris legis & prophetarum, propter quam apoſtaſiam, ſicut deus prætendit longitudinem dierum, & captiuitatem iſtam nobis intulit, & ſi expectamus ſaluatorem alium ab illo iuſto, non prodeſt nobis. Signum eſt euidentius, quod pro peccato generali, quod eſt in nobis omnibus, quod peccatum cum perſeuerat in nobis, perſeuerabit ira ſuper gentem noſtram ſine ſpe, & tamen expectamus aliquem alium, quæ expectatio non prodeſt nobis. Et ſi uoluerimus dicere quod hæc captiuitas non eſt generalis, & quod in aliqua parte mundi nos habemus regem & principem, cito poterimus ſecundum legem noſtram argui de mendacio, & conuinci. Nã ſi nos Iudæi in aliqua parte mundi regem & principem haberemus, hoc eſſet de una ſola tribu, ſcilicet Iuda, ſed deus diſſimulat contra Iudam, quod non eſſet ſuper Iuda rex ex illa inæter

inæternum. Unde dixit Hieremias propheta cap. 17. Peccatum Iudæ ſcriptum eſt ſtilo ferreo in lapide adamantino, inſiliens ſuper corda eorum, & id quod eſt ſcriptum ſtilo ferreo in lapide adamantino qualiter deleri expectamus, non delebitur inæternum, præfertim cum deus fortis & glorioſus locutus eſt per os Eſaiæ propheta cap. 5. Dominator dominus aufert à Hieruſalem & Iuda iudicem prophetam & principem. De nobis etiam dicit propheta Oſee cap. 5. Erunt filij Iſrael ſine principe & ſine lege, ſine ſacrificio, ſine ephod, ſine altari, & ſine Theraphin. Nos ſcimus, domine mi, quod ab initio mundi fuerunt aliqui magni & ſancti coram deo, & in principio fuerunt longæ uitæ, ſicut Mathuſalem & Enoch, & cæteri, & nullum illorum extendit deus ultra mille annos, & nos inuenimus inter nos quod Meſſias ſiue Chriſtus promiſſus nobis, fuit natus in Babylo니아 tempore captiuitatis illius quæ fuit ſeptuaginta annorum, ſed hoc tempus noſtrum habet in ætate 1000. & 50. annos, quam fabulam & non prophetiam nulla ratione poſſumus defendere & tamen dicimus & aſſerimus in Synagogis noſtris, ubi nullus commi

Eb 3 ſectur

scetur nobis extraneus. Sed audias doctrinā Christianorum publicam super Psalm. 86. Fundatam ad Syon dicet homo, & homo natus est in ea, & ipse qui est, fundauit eam. In uerbis istis noīat Mariā dñam noīe ciuitatis, & dicit qđ homo natus est in ea, & nō dicit, talis Israelitæ uel talis, ut intelligas qđ filius Martæ non fuit unquam in lumbis alicuius hominis. Et in secundo libro Regum cap. septimo hoc manifeste declarat, cū deus dicit ad Dauid. Quando compleueris dies tuos, & dormieris cum patribus tuis, suscitabo progeniem tuam post te, quæ egredietur de utero tuo, & ego ero illi in patrem, & ipse erit mihi in filium. Sed nunquam fuit possibile domine mi, quod aliquis egredere-
 tur de utero patris sui, sed hoc expresse ponit ad demonstrandum, quod Christus non foret concipiendus in muliere per semen decisum de lumbis uiri, sicut ceteri homines, tam à Dauid quàm ab alijs descendendo. Dicit etiam deus per os Dauid in psalmo centesimo nono: Ex utero ante luciferum genui te, ac si Deus fortis et gloriosus diceret de Christo suo, quod de uoluntate sua quæ est spiritus sanctus genuit eum, & nō de semine ducendo

Luc. 1
 Matth. 1

Christus
 de uirgi-
 ne natus.

cendo, cum ponit ex utero, quia Christus natus est ex utero sine uirili semine præter cursum solitum naturæ, & hæc est uera doctrina Christianorum quæ non intrat in capitibus nostris, propter hoc euenit nobis illud quod euenit nobis. Describit etiam per eundem modum Christum nasciturū Dauid propheta cum dicit in Psalm. 131. Iurauit dominus Dauid ueritatem, de fructu uentris tui ponā super sedem tuam, Attramen dei sumus.

Caput XXVII.

Concludendo inducit aliqua dicta Sarracenorum de Iesu & Maria matre eius.

Certe domine mi, licet nobis non opponant Christiani dicta Sarracenorum, præcipue quæ traduntur in Alcorano & in expositionibus eius, scientes quod nos nō reciperemus, sicut nec ipsi recipiunt, tamen ad fatigationem nostram esset & ad fortificationem credentium, si nobis opponerentur illa quæ dicuntur à Sarracenis de Iesu & de beata Maria matre eius. Omnes enim Sarraceni dicunt quod ipse fuit ille Messias quem prædixerunt esse uenturum, & præponunt

Bb 4 illum

illum Mahometo eorum deo quantū ad genealogiam. Fatentur enim quod parentes Mahometi fuerūt idolatræ & prauī & de semine Agar ancillæ. Et dicunt quod Messias fuit filius Isaac & prophetarum & iustorū, & recta linea usq; ad beatam Mariam uirginem matrem eius. De Maria uero dicitur sic in Alcorano de familia Adamar, dixit angelus Gabriel ad Mariam. O Maria, deus te elegit & docuit gratiam, & prælegit super oēs mulieres omnīū seculorum, & posuit te quasi nouum medium, diuidens inter homines terrenos & angelos dei in paradiso deliciarum. Dicunt etiam omnes Sarraceni quod Christus siue Messias habuit à deo potestatem faciendi miracula, sanandi omnem languorem & infirmitatem, & eijcendi dæmonia & suscitandi mortuos, & sciuit omnia secreta cordium, & credunt omnia miracula Iesum fecisse, quæ Euangelium commemorat. Et hoc expresse testificatur Alcoranus, ubi dicitur in capite prædicto, quod Messias sciuit & scit omnia, & etiam secreta cordium. Unde uerba Mahometi fuerunt talia. Sciuit Eise, id est, Iesus oēm librum & omnem sapientiam, & etiam totam legem Moyfi. Et quid homi

Maria uirgo mater Messie.

homines comedebant & bibebant in domibus suis, et quid reponebant in thesauris suis. Dicunt etiam de Christo siue Messia, quod dum fuit in hoc mūdo, contempsit diuitias, & abiicit carnales delectationes, nec habuit concubinas, quæ sunt occasio peccati, & causa inobedientiæ. Item inducitur in Alcorano illud uerbum euangelicum. Vulpes foueas habent, & uolucres cæli nidos. Et hæc omnia licet sint sine auctoritate à parte dicentium, sunt tamen conformes his quæ prophetæ dixerunt de Messia in primo aduentu suo, ut patet in prædictis. Dicunt etiam in Alcorano quod Eise, id est Iesus Christus est uerbum dei, & hoc scilicet esse uerbum dei, est Iesu Christi apud Sarracenos quasi nomē proprium, ita quod nullus alius homo uocatur hoc nomine, nisi Iesus, quem uocant Arabice Eise. Dicitur etiā in Alcorano sic: Dixit deus ad Eise. Ego sum sufficientia tua, ego leuabo te usq; ad me, & purificabo te ab infidelibus. Considera ergo domine, quod gens Iudæorū propter captiuitatem quam passi sunt iam mille annis, sunt enim paucissimi Iudæi in cōparatione aliarum nationum. Nam Sarraceni multiplicati sunt, & crescunt quotidie. Fi-

Eccle. 19

Lu. 9

Bb 5 des

Zacha. 2

Gene. 49

des autem Christi impleuit totum mūdum, nos uero ubiq; dispersi sumus à deo nostro, & ubiq; sumus paucissimi, sicut Ruben cui dixit pater: Non crescas &c. Nos autem non crescimus, & illi crescunt quibus sumus inimi ci super omnes gentes, & nil proficimus, testimonium multorum stat semper contra nos scilicet Christianorum & Sarracenorū, Alcoranus & Euangelium Christi, quibus nolumus credere quamuis meo iudicio Alcoranus nihil ualeat, cum manifeste contineat contra, sicut ipse nosti, & compositores eius, apparet euidenter quòd utrūq; ignorauerint testamentum. Sed quid dicemus de Euangelio Christianorum, supposito quòd Christus siue Messias iam uenerit, nihil enim continet contra prophetas & legem nostram, sed est manifestatio omnium prophetarum, & promissionis impletio, quæ in lege continentur sumendo spiritualiter prout continet doctrina Christianorum. Nihilominus, domine mi, super his dubijs ad te recurro, maxime super primis nostris quæ habui à prophetis, quia de Alcorani testimonio scio quòd quasi nihil reputabis, tu maxime qui Arabicum scis. Perfecte enim nosti, quia ipse Machome

chometus qui dixit se prophetam nec uentura prædixit, & qui dixit se nuncium dei, contra deum & eius scripturam docuit, ut corruptus homo penitus & ignorans.

FINIS EPISTOLAE RABBI

Samuelis quam scripsit ad rabbi Isaac magistrum Synagogæ.

NOTA quòd iste libellus uidetur fuisse occultatus per Iudæos ultra ducentos annos & triginta, quòd conijcitur ex hoc, quia cū iste doctor Samuel scriberet Rabbi Isaac, solum dixit fluxisse mille annos à tempore quo per Titum expugnantem sanctam ciuitatem Iudæi sunt dispersi, & ideo uidetur quòd statim post illos mille annos captiuitatis & dispersionis Iudæorum, iste liber fuerit conscriptus, sed Iudæi uidentes quòd per tot euidencia testimonia Prophetarum, ipsorū errores conuincerentur, istum librum tanto tempore, ut dictum est, occultauerunt, ne per catholicos fideles ipsorum errores possent argui per contenta in hoc libello, Qui translatus est sub annis domini 1239.

Epistola hæc à Iudæis diu occultata fuit.

I N D E X.

CAPVT primum. Quare Iudæi sunt in ira dei.

Caput secundum. Probat quòd pro quodam graui peccato in quo sunt, sint in hac dispersione, & arguitur contra eorum obseruantiam legis.

Caput tertium. Quomodo omnis obseruantia legis Iudæorum non est acceptabilis deo propter peccatū in quo sunt.

Caput quartum. Ostendit quòd Iudæi sunt cæci.

Caput quintum. Quòd Iudæi decipiunt alios & seipsos.

Caput sextū. Quod sit illud peccatū propter quod Iudæi sunt in hac captiuitate.

Caput septimū. Quòd iustus Iesus Christianorum deus iniuste uenditus sit.

Caput octauum. Quomodo post occisionem facta est dispersio Iudæorum secundum Danielem.

Caput nonum. Quòd duo sunt aduentus Christi.

Cap. decimū. De primo aduentu Christi.

Caput undecimum. De secundo aduentu Christi, tunc sit cū potentia iudicaturus.

Cap. duodecimū. De Christi ascensione.

Caput

C A P I T V M.

Caput decimumtertium. Adhuc fortius probat corporalē ascensionem Christi.

Caput decimumquartum. De cæcitate Iudæorum quòd non credunt Christum aduenisse nec intelligant.

Caput decimumquintum. Quomodo cæcitas Iudæorum & incredulitas circa Christum fuit prænuntiata per prophetas.

Caput decimumsextū. Ostendit reprobationem Iudæorum propter eorum perfidiā, & electionem gentium propter eorum fidē.

Caput decimumseptimum. De uiuificatione gentium & interfectione Iudæorum prout etiam uidebitur in cap. sequenti.

Caput decimumoctauum. Quomodo gētes per fidem uiuificatæ habent mundas obseruantias nouæ legis.

Caput decimumnonū. De electione apostolorum loco prophetarum.

Caput uigesimum. De reprobatione sacrificij Iudæorum, & de electione sacramenti Christianorum.

Caput uigesimumprimum. Quòd deus refutauit ieiunia, sabbata, & sacrificia Iudæorum, & Christianorum elegit.

Caput uigesimumsecundū. Probat abiectionem

I N D E X.

ctionem Synagogæ, & electionē ecclesiæ per
uerbum domini ad Rebeccam.

Caput uigesimumtertium. Probat hoc idē
per uerba Malachiæ propheta.

Caput uigesimumquartum. Quod cantus
Christianorum est deo acceptus.

Caput uigesimumquintum. Quod Iudæi
indebite reprehendunt cantū Christianorū.

Caput uigesimumsextum. Probat apostasiā
Iudæorum à Deo.

Caput uigesimumseptimum. Concluden-
do inducit aliqua dicta Sarracenorum de Ie-
su & Maria matre eius.

ERRATA SIC RESTITVES.

Columna 164. linea 6. pro discere lege disce-
dere. colu. 181. lin. 16. hæc sequētia uerba abui-
dant: & quærite dominum & uirtutem eius.
Ibidem lin. sequenti. lege spiritum sanctum.
col. 200. lin. 18. quem. col. 223. li. 24. uisibilium.
col. 228. lin. 11. posteris.

